'ΟΙΚΕΙ'ΩΝ

ΔΙΑΛΟΓΙ'ΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΛΛΗΝΙΣΤΙ
ΚΑΙ' 'ΡΩΜΑΙΣΤΙ'.

FAMILIARIUM

COLLOQUIORUM LIBELLUS

GRÆCE & LATINE,


Auctus & recognitus.

Accessit & utilis Dialogus de ratione Studiorum rectè instituenda.


ITEM

Oratio de Ratione discendæ ac docendæ Linguæ *Latinæ* & *Græcæ*

Autore *Johanne Possello.*



LONDINI,
Typis *Thomæ Maxey*, pro Societate Bibliopolarum. 1652.



ΙΩΑΝΝΗΣ Ὁ ΠΟΣΣΕΒΙΟΣ

ΤΟΙΣ ΑΝΔΡΑΣΙ


ΦΙΛΟΜΟΥΣΟΙΣ ΚΑΙ ΣΠΟΥΔΑΙΟΙΣ,

τοῖς μετὰ τῆς εὐσεβοῦς παιδείας τοὺς νεανίσκους τὰ Ῥωμαϊκὰ καὶ Ἑλληνικὰ γράμματα διδάσκουσιν εὖ πράττειν.


Ὀρθῶς καὶ νουνεχόντως ὑπό τινος τῶν σοφῶν εἴρηται· Ὃς μὴ Ῥωμαϊκοῖς Ἑλληνικὰ γράμματα ἔμιξεν, οὐ δύναται λογικοῦ τοὔνομα ἀνδρὸς ἔχειν.

Ὁμολογεῖται μὲν γὰρ ὑπὸ πάντων πεπαιδευμένων καὶ εὐφρονούντων ἀνδρῶν, τοὺς Ῥωμαϊκοὺς λογογράφους, καὶ ποιητὰς πᾶσαν τὴν ἑαυτῶν παιδείαν καὶ σοφίαν, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις δεινότητα, παρὰ τῶν Ἑλλήνων εἰληφέναι, καὶ πλεῖστα οὐκ ἄλλαις, πλὴν Ἑλληνικαῖς, λέξεσιν, ἐκφωνεῖσθαι δύνασθαι, μᾶλλον δὲ τὸν λόγον Ῥωμαϊκὸν οὐκ ὀρθῶς γνωσθῆναι, οὐδὲ γραφῆναι, οὐδ' ἑρμηνευθῆναι, ἄνευ τῆς Ἑλληνικῆς γλώττης οἷόν τε εἶναι. Πλεῖστα τοιγαροῦν ὠφελοῦνται πάντες, ὅσοι ἐν τῇ ἑαυτῶν περὶ τὰ γράμματα σπουδαῖς, τὰ Ῥωμαϊκὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς συνάπτουσιν, ὅπως ἐν ἀμφοτέροις ὁμοίως ἰσχύοντες τυγχάνωσιν. Ἐγὼ δὴ ἵνα κατ' ἐμαυτοῦ μέρος ὧν πρὸς τὰς ἀμφοτέρας γλώττας ὀρθῶς καὶ ῥᾳδίως μαθεῖν

μαθεῖν, τοῖς φιλομαθέσι τῶν νεανίσκων βοηθῆσαι, τούτους τοὺς διαλόγους ἐξέδωκα, αὐτοὺς τῇ ἐκείνων ψυχῇ καὶ χρήσει συναρμόσας. Τούτους οἱ σπουδαίως ἀναγνώσονται καὶ ἅμα χρήσονται πρὸς τὸν βίον, αἰσθήσονται τούτου τοῦ πόνου πλεῖστον ὀνησόμενοι. Ἔρρωσθε, καὶ μετ' ἐμοῦ τὴν περὶ τὰς τέχνας καὶ γλώττας σπουδὴν εἰς τὸ τὸν Θεὸν, τὸν πάντων τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν τῷ βίῳ αἴτιον, δοξάζειν, καὶ τὴν ἀληθινὴν περὶ αὐτοῦ, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἀγαπητοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Κυρίου ἡμῶν, διδαχὴν μηκύνειν, κατατίθεσθε, μεμνημένοι τὸ τοῦ Δανιήλου. Οἱ συνιέντες ἐκλάμψουσιν ὡς ἡ λαμπρότης τοῦ στερεώματος, καὶ ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν πολλῶν, ὡς οἱ ἀστέρες, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι. Ἐκ τῆς Ροδοπόλεως, ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας αφ' π' η'.



ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ὩΣ ΧΡῊ
Ἀσπάζεσθαι καὶ εὖ ἐπεύχεσθαι.


Αῖρε διδάσκαλε αἰδέσιμε.
Χαῖρε ἄνερ περιφανέστατε.
Χαῖρε Κύριε ἐνδοξότατε.
Χαῖρε πλεῖστον ἀδελφέ.
Χαῖρε συμμαθητά.
Χαίρετε συμμαθηταί.

Ἀπόκρισις.

Χαῖρε καὶ σύ.
Χαῖρε ὁμοίως.
Σῶος ὅτι ἐπῆλθες, ἥδομαι.
Ἡδεῖα ἐμοί ἐστιν ἡ { παρουσία / ἄφιξίς } σου.
Χάριν σοι ἔχω.
Δέομαι τοῦ Θεοῦ, εὐδαίμονά σοι ποιῆσαι τὴν ἡμέραν ταύτην.


Ἀπόκρισις.

Ταὐτὸ καί σοι εὔχομαι.
Εὔχομαί σοι νύκτα εὐτυχῆ.
Ἐπεύχομαί σοι ὕπνον ἡσύχιον.

Ἀπόκρισις.

Τοιοῦτον καί σοι εὔχομαι, ὦ Παῦλε φίλτατε.
Λυσιτελείτω σοι τὸ βαλανεῖον.
Εὐτυχὲς ποιείτω ὁ Θεὸς τὸ λουτρόν σου.

Ἀπόκρισις.



SALUTANDI ET BENE Precandi formulæ.

SAlve Doctor observande.
Salve vir ornatissime.
Salve Domine clarissime.
Salve plurimùm frater.
Salve condiscipule.
Salvete condiscipuli.

Responsio.

Salve & tu.
Salve similiter.
Salvum te advenisse gaudeo.
Jucundus est mihi tuus { adventus. / reditus.
Habeo tibi gratiam.
Precor Deum, ut tibi hanc diem felicem reddat.

Responsio.

Idem & tibi precor.
Precor tibi felicem noctem.
Precor tibi placidam quietem.

Responsio.

Talem & tibi precor, Paule charissime.
Prosit tibi balneum.
Deus fortunet lavationem tuam.

Ἀπόκρισις.

Ἔχω σοι χάριν.
Ἡδεῖα μοί ἐστιν ἡ εὐχή σου.
Ἔρρωσο εὐδαιμόνως.

Καὶ σὺ ἔρρωσο { εὖ. / κάλλιστα. / εὐτυχῶς.

Ἔρρωσθε.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ὩΣ ΧΡΗ ἐπὶ δαῖτα καλεῖν.

Χαῖρε διδάσκαλε.

Διδάσκαλος.

Χαῖρε καὶ σὺ φίλε { παῖ. / μαθητά. / Πέτρε.

Παιδάριον.

Πατήρ μου δεῖται σου μετ' αὐτοῦ { ἀριστᾶν, / δειπνεῖν } τῇ ὥρᾳ { δεκάτῃ. / ἑνδεκάτῃ. / πέμπτῃ. / ἕκτῃ.

Κύριός μου αἰτεῖ παρά σου { ἀρίστῳ. / συμβιῶναι αὐτῷ ἐν τῷ { δείπνῳ.

Πατήρ.

Βάδιζε { καλέσαι / προσάγειν } τοὺς κεκλημένους.

Παιδάριον.

Βαδίζω πάτερ.
Πορεύομαι κύριε.
Ἐκτελέσω τὰ προστεταγμένα.

Χαῖρε { κύριε / καθηγητά } φιλανθρωπότατε.

Ἀπόκρισις.

Χαῖρε καὶ σύ, παιδάριον φίλον.

Παιδάριον

Responsio.

Habeo tibi gratiam.
Grata mihi est precatio tua.
Vale feliciter.

Et tu { benè / optimè / feliciter } vale.

Valete.

INVITANDI AD CONVIVIUM formula.

Salve Præceptor.

Præceptor.

Salve & tu mi { puer. / discipule. / Petre. }

Puer.

Meus pater rogat te, ut apud se { prandeas, / cœnes, } horâ { decimâ. / undecimâ. / quintâ. / sextâ. }

Dominus meus petit à te, ut sis suus conviva in { prandio. / cœnâ. }

Pater.

Abi { advocatum / adductum } convivas.

Puer.

Abeo Pater.
Vado Domine.
Fiet. Curabitur.

Sis salvus { Domine / Præceptor } humanissime.

Responsio.

Salvus sis tu quoque mi puer.

Παιδάριον.

Πατὴρ / Κύριος { μου περιμένει τὴν φιλανθρωπίαν σου, αὐτή, ὅταν ἐθέλῃ, ἐπὶ τὸ { ἄριστον / δεῖπνον } ἐλθεῖν.

Διδάσκαλε λαμπρότατε, πάντες οἱ κεκλημένοι ἤδη πάρεισι, μόνον σε ἀναμένοντες, καὶ ἐὰν μή σε προσδοκῶσι, νῦν ἂν ἀνέκειντο.

Διὰ τοῦτο δέονταί σου, ἐπὶ τὸ { ἄριστον / δεῖπνον } ἐλθεῖν.

Ἐπίκειται / Ἐπικρέμαται } ὥρα { πέμπτη. / ἕκτη. / δεκάτη. / ἑνδεκάτη.

Ὁ τοῦ { ἀριστᾶν / δειπνεῖν } χρόνος πάρεστι.

Πάρεισιν οἱ κεκλημένοι ἐπὶ τὴν θύραν.

Εἴσαγε τοὺς κεκλημένους.

Ὑποδέχου τοὺς συνδείπνους.

Υἱός.

Χαῖρε διδάσκαλε αἰδέσιμε.

Κεχαρισμένως ἡμῖν ποιεῖς, ἀξιώσας ἡμέτερος εἶναι συμπότης.

Πατήρ.

Ἑτοίμασον τὸ { ἄριστον / δεῖπνον } παιδάριον.

Παρασκεύαζε / Στρῶσον } τὴν τράπεζαν.

Παρατίθει { ἄρτον. / κοχλιάρια } ἀργυρεᾶ. / ξυλικά.

Φέρε { κάρδοπον. / ὀθόνην. / ποτήρια.

Ἔκλυε { τὴν κύλικα. / τὸ ἀργυροῦν ποτήριον.

Τὸν

Puer.

Pater / Herus { meus expectat humanitatem tuam, ea, ubi volet, ad } { prandium / cœnam } veniat.

Eximie Domine Doctor, omnes convivæ jam adsunt, unum te expectant; & nisi te expectarent, jam accumberent:

Ideo te rogant ut ad { prandium / cœnam } accedas.

Imminet / Instat } hora { quinta. / sexta. / decima. / undecima.

Prandendi / Cœnandi } tempus adest.

Adsunt invitati pro foribus.

Duc intrò convivas.

Excipito convivas.

Filius.

Salve Præceptor observande.

Gratam rem nobis facis, quod non dedignaris noster esse conviva.

Pater.

Para { prandium / cœnam } puer.

Adorna / Sterne } mensam.

Appone { panem / cochlearia } { argentea, / lignea.

Adfer { panarium. / mappam. / pocula.

Elue { calicem. / argenteum poculum.

Circum

Τὸν κύκλον ἐν μέσῳ τῆς τραπέζης τίθει.
Τίθει κατὰ τὴν τάξιν τὰς ἕδρας, καὶ προσκεφάλαια ἐπιτίθει.
Φέρε ὕδωρ πρὸς τὸ νίπτειν τὰς χεῖρας.
Νίπτε σὺ πρότερον.
Νίπτε τὰς χεῖρας.
Νίψομαι ὁμοῦ.
Ἐπίδος μοι { χειρόμακτρον. / ἀλοδόχον.
Ἔκμαξε τὰς χεῖρας.
Τί ἑστήκατε;
Καθέζεσθε.
Κατακλίνεσθε.
Τὸ { ἄριστον / δεῖπνον / Συμπόσιον } { διαφθείρεται / διὰ τὴν σὴν } { ἀπουσίαν. / ἀναβολήν. / βραδύτητα.
Τὸ σιτίον παρετέθη, καθέζεσθε οὖν.
Ποῦ κελεύεις με καθέζεσθαι;
Ἐν πρώτῳ τῷ τόπῳ { κατακλίνου. / ἀνάπεσε.
Ἀνάπεσον οἱ κεκλημένοι.
Παιδάριον, εὐλόγησον τὴν τράπεζαν.

Παιδάριον.

Οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ βλέπουσι Κύριε, καὶ τὰ λοιπά.
Περιτίθει καὶ γνώμην ἀξιομνημόνευτον, ἣν νεωστὶ ἐκ τῆς δημηγορίας ἔμαθες.
Πᾶν κτίσμα καλόν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον μετ᾽ εὐχαριστίας λαμβανόμενον, ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ, καὶ ἐντεύξεως, α. Τιμόθ. κεφ. δ.
Φέρε { Σιτία, προσφάγιον, ὄξος. / κρέα, } { ὀπτά. / ἰχθύας } { ἑφθά.
Δός μοι τὸ { ἔκπωμα / ποτήριον } { ὑαλοῦν.

Ἐπίδος

Circum in medium menſæ ponito.
Colloca ex ordine ſellas,& pulvinaria ſuperpone.
Adfer aquam ad lavandas manus.
Lava tu prior.
Lava manus.
Lavemus unà.
Porrige mihi { mantile. / ſalinum.
Abſterge manus.
Quid ſtatis ?
Sedete.
Accumbite.
Prandium / Cœna / Convivium { corrumpitur tuâ { abſentiâ, / morâ, / tarditate.
Cibus appoſitus eſt, accumbite igitur.
Ubi jubes me ſedere ?
In primo loco { accumbe. / diſcumbe.
Accubuerunt convivæ.
Puer, conſecra menſam.

Puer.

Oculi omnium in te ſperant Domine,&c.

Adde etiam ſententiam memorabilem, quam nuper ex concione ſacra didiciſti.

Quicquid creavit Deus, bonum eſt, & nihil rejiciendum, ſi cum gratiarum actione ſumatur ; Sanctificatur enim per verbum Dei, & precationem, 1 Tim.4.

Adfer { epulas, cibum, acetum. / carnes, { aſſas. / elixas. / piſces,
Da mihi poculum vitreum.

Porrige

Ἐπίδος μοι τὸν { τὰ ἀργυρᾶ ἐκπώματα. / κάνθαρον. / τυρόν. / ἄρτον. / τὸ μαχαιρίδιον. }

Εὐλογείτω ὑμῖν { τοῦτο τὸ πότον / τοῦτον τὸν οἶνον } ὁ Χριστός.

Ἔστω ὑμῖν σωτήριος οὗτος ὁ ζῦθος.

Γένοιτο τοῦτο, φίλε παῖ. Ἀμήν.

Δός μοι τι { τῆς ὄρνιθος. / τοῦ ἀλέκτορος. / τῶν ἰχθύων. / τοῦ ἄρτου. }

Βούλει τι τοῦ { κρέως; / ζωμοῦ; / ἰχθύος; } { Ναί. / Βούλομαι. / Οὐ βούλομαι. }

Ἔγχει { ζῦθον, / μελίκρατον, / οἶνον, } ἵνα πίνωμεν.

Οὐ θέλεις πίνειν;

Διὰ τί οὐ πίνεις;

Καλῶς με ὑπέμνησας, πάνυ γὰρ διψῶ.

Οὐ διψῶ. Ἱκανῶς ἔπιον.

Προπίνω σοι. Ὁ Θεὸς εὐλογείτω.

Ἡδέως παρά σου λαμβάνω.

Μὴ ὅλον ἔκπινε.

Ἱκανόν σοι λείψω.

Πλεῖόν σοι λείψω, ἢ μέλλω πίνειν.

{ Ζῦθον / Οἶνον / Τὸ ὑδρόμελι } οὐκ ἔτι ἔχομεν.

Ἀπότεμνέ μοι τι τοῦ κρέως βουκολικοῦ, τοῦ καπνῷ σκληρωθέντος.

Αἶρε τὸν πίνακα τοῦτον, καὶ παρατίθει ἐδέσματα ἄλλα.

Ἀνέ-

Porrige mihi { argentea pocula. / cantharum. / caseum. / panem. / cultellum. }

Sospitet vobis { hunc potum / hoc vinum } Christus.

Sit vobis saluti hæc cerevisia.

Id faxit Deus, chare puer, Amen.

Da mihi aliquid de { gallina. / gallo. / piscibus. / pane. }

Vis aliquid de { pisce? / ansere? / carne? } { Etiam. / Volo. / Non volo. }

Infunde { cerevisiam, / aquam mulsam, / vinum, } ut bibamus.

Non vis bibere?

Cur non bibis?

Rectè me mones, omnino enim sitio.

Non sitio. Satis bibi.

Propino tibi. Deus benedicat.

Libenter à te accipio.

Ne totum ebibas.

Satis tibi relinquam.

Plus tibi relinquam quàm bibiturus sum.

Nihil { cerevisiæ / vini / aquæ mulsæ } reliquum est.

Abscinde mihi aliquid de carne bovina fumo induratâ.

Tolle hanc patinam, & appone cætera fercula.

Explevi

Ἀνεπλήρωσα } τὴν ὄρεξιν.
Ἔπαυσα }

Σὺ μὲν { ὀλιγόσιτος } εἶ.
{ ὀλιγόβορος }

Οὐκ εἰμὶ ἀδδηφάγος.

Πίνε· οὐκ ἀγνοεῖς τὸ τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων, Ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι.

Ἀλλὰ βέλτιόν ἐστι τὸ τοῦ Χριστοῦ. Προσέχετε ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ.

Παρέχετε ὑμᾶς { φαιδρούς.
{ εὐχαρεῖς.

Ὄπτησον, ὦ παιδάριον, τὸν ἰχθὺν τοῦτον ἐν ἐσχαρίῳ καὶ φυλάττου μὴ κατακαίηται.

Φρόντιζε, ὅπως τὰ ᾠὰ ἑψῆται { μαλακώτερα.
{ σκληρότερα.

Τὰ ᾠά ἐστι { μαλακά.
{ ὠμά.
{ τοῦ δέοντος μαλακώτερα.

Ἄλλαττε σφαίρας.

Αἶρον { τὰ ἐδέσματα, } τὸν ἄρτον,
{ τὸ βούτυρον, } τὸν τυρόν.

Παρατίθει λεκάνην σὺν τῷ χειρομάκτρῳ.

Ἔνεγκε τραγήματα, παιδάριον.

Περίμυττε τὸν λύχνον.

Φυλάττε σβεννύναι τὸν λύχνον.

Παρατίθει { μῆλα. — ἄπια
{ κοκκύμηλα. — κεράσια.
{ λεπτοκάρυα. — κάρυα — Βασιλικά. Περσικά.
{ σταφυλάς. — ἀμυγδάλας.
{ σταφίδας. — ἄπια ὀπτά.

Ἐγὼ τῇ ὑμετέρᾳ φιλανθρωπίᾳ πεπιστευκώς, ἐπὶ { ἄριστον } { εὐτελὲς ὑμᾶς
{ δεῖπνον } { ἐκάλεσα.

Explevi } famem.
Sedavi }

Tu perpauci cibi es.

Non sum edax.

Bibe: non ignoras veterum Græcorum legem, Aut bibe, aut abi.

Sed melior est CHRSTI lex: Cavete vobis, ne quando graventur corda vestra crapulâ & ebrietate.

Præbete vos { lætos. / hilares.

Torre, puer, hunc piscem in craticula, & cave ne aaduratur.

Cura ut ova coquantur { molliuscula, / duriuscula.

Ova { sunt mollia, / sunt cruda, / justo molliora sunt.

Muta orbes.

Tolle { cibum, / panem, } { butyrum, / caseum.

Appone pelvim cum mantili.

Adfer bellaria, puer.

Emunge candelam.

Cave ne lychnum extinguas.

Appone { poma. / pruna. / nuces avellanas. / uvas. / uvas passas. } { pyra. / cerasa. / juglandes. / amygdalas. / pyra tosta.

Ego vestrâ comitate fretus, ad { prandium frugale / cœnam frugalem } vos invitavi.

Conviva

Οἱ κεκλημένοι.

Τὸ ἄριστόν σου ὑπερβαλλόντως λαμπρὸν γέγονε.

Τὸ δεῖπνόν σου οὐκ εὐτελές, ἀλλὰ πολυτελές ἐστι.

Τὸ δεῖπνόν σου μεγαλοπρεπέστερον τοῦ δέοντος γέγονε.

Ὅτι ἀπολογίαν ποιεῖς τοῦτο μόνον κατηγορητέον ἐστί.

Οἰκεῖοι φίλτατοι, δέομαι ὑμῶν, τοῦτο τὸ δειπνίδιον, καίπερ εὐτελές, στέργειν.

Ἔχω σοι χάριν ὅτι ἐπὶ τοῦτο τὸ δεῖπνον πολὺ ἥδιστόν με ἐκάλησας.

Οὐδέν ἐστιν αἴτιον τοῦ εὐχαριστεῖν.

Ἐγὼ ὁμολογῶ σοι χάριν ὀφείλειν, ὅτι εἰς τοῦτο τὸ δεῖπνον λιτὸν ἐλθεῖν ἠξίωσας.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ὩΣ ΧΡΗ αἰτῆσαί τι παρὰ διδασκάλου.

Αἰδέσιμε παιδαγωγέ, δέομαί σου συγχωρῆσαί μοι τῆς σχολῆς ἀπεῖναι τῇ ὥρᾳ πρώτῃ, τοῦ λούειν ἕνεκα.

Ἀξιῶ σε, δοῦναί μοι ἐξουσίαν οἴκοι μένειν, δεῖ γάρ με ἐπιτελέσαι τι.

Ἀναγκαίως ἔχω σὺν τοῖς τοκεῦσιν εἰς ἀγρὸν βαδίζειν, τοῦτό σου συγχωρήσαντος γίνεσθαι ἀξιῶ.

Δός μοι ἐξουσίαν ἐξελθεῖν ἔξω, ἕνεκα τοῦ { ἀποσκεδάζεσθαι. / ἀποπατῆσαι. / οὐρῆσαι.

Δός μοι ἐξουσίαν εἰς οἶκον ἀναδραμεῖν πρὸς τὸ κομίζειν βιβλίον τι.

Ἐξέστω μοι { τοῦ διδασκαλείου / τῆς σχολῆς } ἐξελθεῖν πρὸς τὸ ἀγοράζειν { πάπυρον. / πτερόν. / ἄρτον.

Περὶ τῆς θύρας τις στὰς ἐπιθυμεῖ με προσειπεῖν, δέομαι οὖν σου δοῦναί μοι ἐξουσίαν πρὸς τοῦτον ἐξιέναι.

Κύριός / Πατήρ { μου ἐκέλευσέ με οἴκαδε ἐπανελθεῖν τῇ ὥρᾳ } { δεκάτῃ. / πρώτῃ / τρίτῃ. } { τοῦτο ἵνα μοι ἐξῇ ποιεῖν ἀξιῶ.

Ἀλγέω

Convivæ.

Prandium tuum supra modum splendidum fuit.
Cœna tua non frugalis, sed sumptuosa est.
Cœna tua magnificentior fuit, quàm æquum est.
Quod excusas, id unum habes, cur accusandus sis.
Amici charissimi, quæso ut cœnulam nostram, licet tenuem, æqui boníque consulatis.
Habeo tibi gratiam, quòd ad hanc cœnam longè suavissimam me vocasti.
Non est quod gratias agas.
Ego agnosco me tibi gratiam debere, quòd ad hanc tenuem cœnam venire non dedignatus es.

PETENDI QUIPPIAM *à Præceptore formula.*

Observande Præceptor, quæso ut liceat mihi schola abesse horâ primâ, lavandi causâ.
Precor ut facias mihi facultatem manendi domi. Est enim mihi aliquid efficiendum.
Est mihi abeundum rus cum parentibus meis ; id, ut tuâ pace fiat, oro.

Concedas mihi potestatem exeundi, causâ { levandi alvi. / solvendi ventrem. / reddendæ urinæ. }

Liceat mihi currere domum afferendi libelli cujuspiam gratiâ.

Liceat mihi { ludo literario / scholâ } exire ad emendum { papyrum. / pennam. / panem. }

Quispiam me præ foribus conventum expetit. Quæso itaque ut liceat mihi tuâ pace ad hunc exire.

{ Dominus / Pater } meus jussit me domum redire horâ { decimâ, / primâ, / tertiâ, } id ut mihi liceat facere, oro.

 Dolet

Ἀλγέω { τὴν κεφαλήν. / τοὺς ὀδόντας. / τὴν γαστέρα. }

Ἡ ῥὶς στάζει αἷμα.

Κακῶς ἔχω, τούτου ἕνεκα δέομαι ἐξεῖναί μοι οἴκαδε ἀπελθεῖν.

Φίλτατε καθηγητὰ, Ἰωάννης αἰτεῖ αὐτῷ ἀπόντι συγγνώμην ἔχειν.

Ἰωάννης καὶ Παῦλος αἰτοῦσι σφίσιν αὐτοῖς ἀποῦσι συγγνώμην ἔχειν.

Φίλτατε διδάσκαλε, χθὲς βιβλίον τι ἀπώλεσα, ὃ οὔπω ἀνέλαβον. Διὰ τοῦτο δέομαί σου, νουθετεῖν τοὺς συμμαθητὰς, ὅπως, εἴ τίς ποτε αὐτὸ εὕρῃ, μοι ἀποδῷ.

Ἐνδοξότατε καθηγητὰ, δίδαξόν με ὃν τρόπον λέξω Ἑλληνιστὶ, Johannes me verberavit.

Διδάσκαλος.

Κατὰ τοῦτον τρόπον λέξεις, Ἰωάννης ἔτυπτέ με.

Παιδάριον.

Δέομαί σου διδάσκαλε, γράφειν μοι τοὺς τῶν στοιχείων Ἑλληνικῶν χαρακτῆρας, οὓς τῷ γράφειν ἂν μιμῶμαι.

Διδάσκαλος.

Ποῦ ἔχεις τὸ ἀρχέτυπον, ὃν πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν σοι κατέγραψα.

Παιδάριον.

Τοῦτον διὰ ἀμελείας ἀπώλεσα.

Ἰωάννης αὐτόν μοι διεσπάραξε.

Διδάσκαλος.

Ἰδοὺ ἔχεις νῦν ἄλλον, φρόντιζε ὅπως μὴ καὶ τοῦτον ἀπολέσῃς.

Παιδάριον.

Δέομαί σου διδάσκαλε, προπαρασκευάζειν μοι τὸ πτερὸν τοῦτο.

Διδάσκαλος.

Dolet mihi caput.
Dolent mihi dentes.
Dolet mihi ventriculus.
Nasus stillat sanguinem.
Malè habeo, ideo quæso, ut mihi liceat domum ire.
Amantissime Præceptor, Johannes petit sibi absenti veniam dare.
Johannes & Paulus petunt sibi absentibus dari veniam.
Clarissime Præceptor, heri libellum quendam amisi, quem nondum recepi. Rogo igitur te, ut admoneas condiscipulos, ut si quis fortè eum invenerit, mihi restituat.
Clarissime præceptor, doce me quibus verbis dicam Græcè, *Johannes me verberavit.*

Præceptor.

Sic dices: Johannes, &c.

Puer.

Oro te Præceptor, ut mihi describas figuras elementorum Græcorum, quas scribendo imiter.

Præceptor.

Ubi habes archetypum, quem ante paucos dies tibi præscripsi?

Puer.

Eum per incuriam amisi.
Johannes eum mihi discerpsit.

Præceptor.

En habes jam alium, cave ne & hunc perdas.

Puer.

Quæso Præceptor, ut prapares mihi pennam hanc.

Διδάσκαλος.

Ποῖον πτερὸν θέλεις;

Παιδάριον.

Προσάρμοζε τῇ χειρί σου.
Δίδαξόν με ταῦτα ἀναγινώσκειν.
Τίνα τρόπον ταῦτα ἀναγνώσομαι;
Πρόσταξόν μοι ὅσον χρή με ἐκμανθάνειν ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ.
Ἄγε μοι γραμμάς.
Οὐκ ἔχω μέλαν γραφικόν.
Οὐκ ἔστι μοι { μελανδοχεῖον, μαχαιρίδιον, χρήματα, πτερὸν γραφικόν.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ὩΣ ΧΡῊ παρὰ διδασκάλῳ περὶ τοῦ ἀπεῖναι ποιεῖσθαι τὰς ἀπολογίας.

Διδάσκαλος.

Διὰ τί οὕτω βραδέως ἥκεις;
Οἱ ἡμέτεροι βραδύτερόν με ἤγειρον.
Βραδύτερον ἀνέστην παρὰ γνώμην.
Βραδύτερον ἐξυπνίσθην διὰ τὸ { συμπόσιον, δεῖπνον } { εἰς μέσην νύκτα ἀναβεβλημένον.
Τὸ ὡρολογεῖον ἡμῶν διήμαρτε.
Διὰ ἀμελείας κατέλιπον βίβλον οἴκοι, ἕνεκα τοῦ κομίζειν ταύτην, ἐκ τῆς ὁδοῦ οἴκαδε ἀνέδραμον.
Ἐβοήθησα τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ, ἐν τῷ ἀποθεῖναι τὰ ξύλα.
Ἀπέστειλέ με ποῖ { δεσπότης, δέσποινα. πατήρ, μήτηρ.
Ἤνεγκα { οἶνον ζύθον } { τῷ πατρί. τῷ Κυρίῳ.

Καθηγητής.

Τίνος ἕνεκα, Διὰ τί, { τοσοῦτον χρόνον τὴν σχολήν; οὐκ ἦλθες εἰς τὸ διδασκαλεῖον;

Διὰ

Præceptor.

Qualem pennam cupis ?
Attempera ad manum tuam.
Doce me hæc legere.
Quomodo hæc legam ?

Puer.

Præſcribe mihi quantum ediſcam hâc horâ.

Duc mihi lineas.
Non habeo atramentum.
Non eſt mihi { atramentarium, cultellus, / pecunia, penna.

FORMULÆ EXCUSANDI *apud Præceptorem abſentia.*

Præceptor.

Cur tam ſero venis ?
Noſtri ſerius me ſomno excitaverunt.
Seriùs ſurrexi præter voluntatem.
Seriùs expergefactus ſum propter { convivium, / cœnam } { in mediam noctem prolatam
Horologium noſtrum aberravit.
Per negligentiam reliqueram librum domi, hunc ut afferrem, ex itinere domum recurri.
Adjuvi familiam in ſeponendis lignis.
Miſerat me quopiam { herus, hera. / pater, mater.
Attuli { vinum / cereviſiam } patri, hero.

Præceptor.

{ Cur / Quam ob cauſam } { tanto tempore / non veniſti in } { ſcholam ? / ludum literarium?

Διὰ τί οὐ παραγίνῃ τῇ ὥρᾳ { πρώτῃ / τετάρτῃ / ἕκτῃ } τῇ ἀναγνώσει.

Τῇ δημηγορίᾳ ἱερᾷ; Τί ἐκώλυσέ σε σήμερον οὐ παραγίνεσθαι τῇ ἀναγνώσει.

Μαθητής.

{ Κακῶς / Ἀῤῥώστως } εἶχον.

Ἤλγησα τὴν { κεφαλήν. / γαστέρα.}

Ἐπύρεττον.

Οὐχ ὑπῆρχόν μοι { σκελέαι. / ὑποδήματα.}

Ἐλούμην ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ.

Οἱ γονεῖς οὐκ ἤθελόν με εἰσιέναι εἰς σχολὴν διὰ { τὸ ὑπερβάλλον ψῦχος. / τὸ περισσὸν θάλπος. / τὸν ὑετὸν, τὸν ὄμβρον.}

Ἐσφάξαμεν { χοίρους. / βοῦς. / πρόβατα.}

Γάμος ἐγένετο ἐν τῇ οἰκίᾳ ἡμῶν, ᾧ οἱ γονεῖς ἤθελόν με παραγίνεσθαι

Δέομαί σου διδάσκαλε, συγγνώμην μοι ἔχειν. Μετὰ ταῦτα γὰρ σπουδαῖος καὶ συνεχὴς ἔσομαι ἐν τῇ σχολῇ.

Διδάσκαλος.

Ἴθι βλεψόμενος τί πράττει Πέτρος, ὅτι ἐν τῷ νῦν ἄπεστι τοῦ διδασκαλείου.

Μαθητής.

Ποιήσω διδάσκαλε. Πορεύομαι.

Χαῖρε Πέτρε.

Χαῖρε καὶ σὺ συμμαθητά.

Ἰωάννης.

Ὁ διδάσκαλος ἐκέλευσεν ἐρωτῆσαι, τί πράττεις ταῖς ἀναγνώσεσιν οὐ παραγινόμενος.

Πέτρος

Cur non interfuisti horâ { primâ / quartâ / sextâ } lectioni, concioni?

Quid te impedivit, quo minùs hodie interfueris lectioni?

Discipulus.

Malè habui.

Ægrotavi.

Doluit mihi { caput. / venter.

Laboravi febri.

Non erant mihi { tibialia. / calcei.

Lavimus domi nostræ.

Parentes noluerunt me frequentare scholam propter { intensum frigus. / vehementem æstum / pluviam, imbrem.

Mactavimus { porcos. / boves. / oves.

Nuptiæ celebratæ sunt domi nostræ, quibus parentes me voluerunt interesse.

Rogo te Præceptor, ut mihi veniam des, posthac enim ero diligens, & assiduus in schola.

Præceptor.

Eas visum quid agat Petrus, quod nunc non sit in schola.

Discipulus.

Faciam præceptor. Vado.

Salve Petre.

Salve & tu condiscipule.

Johannes.

Præceptor jussit interrogare, quid agas quod lectionibus non intersis.

Πέτρος.

Ὁρᾷς με { ἀσχολούμενον.
κακῶς ἔχοντα.
νοσοῦντα.

Διὰ τοῦτο δέομαί σου, ὑπὲρ μου ἀπόντος ἀπολογεῖσθαι.
Ὅταν βέλτιον ἔχειν ἄρξομαι, ταχέως ἀναστρέψω πρὸς ὑμᾶς εἰς τὴν σχολήν.

Μαθητής.

Διέπραξα διδάσκαλε, ὅσα προσέταξας.

Πέτρος λέγει { ἀσχολεῖσθαι.
κακῶς { ἔχειν.
ἐσχηκέναι.
ἐπιστολὰς γεγραφέναι.

Κεῖται ἐν τῇ κλίνῃ τρεῖς ἡμέρας συνεχῶς.
Οἱ γονεῖς Πέτρου λέγουσιν αὐτὸν ἀποδημῆσαι.
Οἱ γονεῖς Ἰωάννου φασιν, αὐτῷ οὐδεμίαν ὑπάρξαι πραγματείαν, διὰ τοῦτο δέονταί σου { κολάζειν / ῥαβδίζειν } { αὐτὸν, ὅταν εἰς τὴν σχολὴν ἐπανέλθῃ.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ὩΣ ΧΡΗ
κατηγορῆσαι μαθητοῦ παρὰ διδασκάλῳ.

Φίλτατε διδάσκαλε, Ἰωάννης παρέχει μοι πρᾶγμα.
Ἐνοχλεῖ με.
Οὐκ ἐᾷ με. Ὠθεῖ με. Θλίβει με.

Ἰωάννης { καταγελᾷ { μου.
με.
προσέβαλέ μοι πόδα, ἵνα πίπτω.
Κνίζει τὰς τρίχας μου.
Οὐκ ἐᾷ με διαβαίνειν.

Ἐνοχλεῖ

Petrus.

Vides me
- occupatum esse.
- malè habere.
- ægrotare.

Ideo oro ut me absentem excuses.

Ubi meliùs habere cœpero, statim revertar ad vos in scholam.

Discipulus.

Curavi Præceptor, quod mandasti.

Petrus dicit se
- occupatum esse.
- malè habere.
- malè habuisse.
- literas scripsisse.

Decumbit in lecto jam tres dies totos.

Parentès Petri dicunt, ipsum peregrè profectum esse.

Parentes Johannis dicunt, ei nihil fuisse negotii, ideo rogant te, ut
- punias
- virgis cædas

ipsum cùm in scholam fuerit reversus.

FORMULA DEFERENDI *Discipulum ad Præceptorem.*

Charissime Præceptor, Johannes exhibet mihi negotium.

Est mihi molestus.

Non sinit me. Trudit me. Premit me.

Johannes
- illudit mihi.
- illudit me.
- objecit mihi pedem, ut caderem.
- convellit mihi capillos.
- non sinit me transire.

Interturbat

Ἐνοχλεῖ με { γράφοντα. / ἐκμανθάνοντα. / ἀναγινώσκοντα τὴν ἀνάγνωσιν.

Κατέχει τὸν τόπον μου.

Ἐκβάλλει με ἐκ τόπου μου.

Ἔτυψέ με { βακτηρίῳ, / μελανδοχείῳ, κολάφῳ.

Ἐκολάφισέ με.

Ἔκβαλεν εἰς ἐμὲ { βιβλίον. / λίθον. / χιόνα.

Ἔκβαλέ με λίθῳ.

Ἐτραυμάτισέ με { ξίφει. / μαχαιρίῳ.

Ἐνέπτυσεν εἰς { χλαῖναν / εἱμά / ἱμάτιόν } μου

Κατηράσατό με.

Ἀτίμως με ὠνόμασε.

Ἠπείλησέ μοι δεινῶς.

Ἀσελγῶς με λοιδορεῖ.

Ἐσπάραξε / Ἔκαυσε } τὴν βίβλον.

Ἐῤῥύπαινε { τὸ βιβλίον / τὸν πῖλόν / τὸ πιλίδιόν } μου.

Ὀφίλει μοι { χρήματα. / δηνάριον.

Οὐ βούλεταί μοι { ἀποτίειν. / ἀποδοῦναι, ἐκτίειν.

Διαβαίνοντος { ὑπάτου / βουλευτοῦ / ἐκκλησιαστοῦ } οὐκ ἀνέῳξε τὴν κεφαλήν.

Οὐ παρέχει ἑαυτὸν εὐπειθῆ τοῖς γονεῦσι.

Ἀπολογία.

Interturbat me { ſcribentem. / ediſcentem. / relegentem lectionem. }
Occupat locum meum.
Extrudit me ex meo loco.
Percuſsit me { baculo. / atramentario, pugno. }
Colaphum mihi impegit.
Conjecit in me { librum. / lapidem. / nivem. }
Petiit me lapide.
Vulneravit me { gladio. / cultello. }
Conſpuit { pallium / veſtimentum / veſtem } meum.
Imprecatus eſt mihi. Maledixit mihi.
Appellavit me ignominioſo nomine.
Comminatus eſt mihi graviter.
Petulanter me calumniatur.
{ Diſcerpſit / Aduſsit } librum meum.
Commaculavit { libellum / pileum / pileolum } meum.
Debet mihi { pecuniam. / denarium. }
Non vult mihi { perſolvere. / reddere, ſolvere. }
Tranſeunte { Conſule / Senatore / Concionatore } non aperuit caput
Non præbuit ſe obedientem parentibus.

Excuſatio

Ἀπολογία.

Οὐχ οὕτως ἔχει τὸ πρᾶγμα.
Ἰωάννης ψεύδεται.

Πέτρος { μισεῖ με. / δυσμενῶς ἔχει πρός με, διὰ τοῦτο ταῦτα βλάπτει κατά μου. }

Οὐκ ἔβλαψα αὐτόν.
Οὐκ ἥψάμην αὐτοῦ δακτύλῳ.
Οὐκ ἑκὼν ἔπραξα.
Διὰ ἀγνοίας ἐποίησα.
Οὐκ ἐγὼ εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ αὐτὸς εἰς μὲ ἐξήμαρτε.
Μεταμέλει μοι τοῦ ἔργου.
Μεταμέλει μοι ὧν εἰς Πέτρον ἐξήμαρτον.
Οὐδὲν τοιοῦτο μετὰ ταῦτα ποιήσομαι.

Οὐχ ὑπῆρξέ μοι σχολὴ τοῦ { γράφειν / μανθάνειν } ταῦτα.

Διὰ τὴν ἀσχολίαν οὐκ ἐδυνάμην παρεῖναι.

{ Ὑπισχνοῦμαι / Ἐπαγγέλλομαι } βελτίονα.

Ποῦ ἐστι { πατήρ; / μήτηρ; / διδάσκαλος; } Οὐκ οἶδα, ἀγνοῶ.

Ἐστιν ἐν τῷ {
μουσείῳ.
ταμείῳ.
ὑποκαύστῳ.
ἀφεδρῶνι.
κήπῳ.
σταθμῷ.
μαγειρείῳ.
βαλανείῳ
κοιτῶνι.
ὑπερῴῳ, vel ἀνωγέῳ.
σανιδώματι.
ὑπογείῳ, ναῷ, vel ἱερῷ.
}

Excusatio.

Non ita se res habet.
Johannes mentitur.

Petrus { odit me. / mihi malè vult, ideo hæc comminiscitur in me.

Non læsi eum.
Non attigi ipsum digito.
Non volens feci.
Per imprudentiam feci.
Non ego in illum, sed ille in me deliquit.
Pœnitet me facti.
Pœnitet me illorum, quæ in Petrum deliqui.
Nihil tale deinceps faciam.

Non fuit mihi otium { scribendi / discendi } hæc.

Propter occupationes non potui adesse.

Promitto / Polliceor } meliora.

Ubi est { pater? / mater? / præceptor? } Nescio, Non scio.

Est in { musæo. / penu, vel promptuario. / æstuario. / latrina. / horto. / stabulo. / culina. / balneo. / cubiculo. / superiori ædium parte h. cœnaculo. / tabulato, seu contignatione ædium, / cellario, templo.

Do-

Οἴκοι οὐκ ἔστι.

Ἐξεπορεύετο { τῆς θύρας. / τῆς πόλεως. / τῆς οἰκίας.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ὩΣ ΧΡΗ τοῖς συμμαθηταῖς προσομιλεῖν.

Προσέρχου / Πρόσελθε δεῦρο } ὦ Πέτρε.

Ἴστα / Μένε } ὀλίγον χρόνον.

Ἔχω σοι τὶ εἰπεῖν.

Ἔστιν ὅ σε αἰτήσω.

Ἔστιν ὃ παρά σου αἰτήσω.

Δέομαί σου, συνηγορεῖν μοι παρὰ τῷ διδασκάλῳ περὶ τοῦ ἀπιέναι. Ἀσχολοῦμαι γὰρ περὶ ῥητὰ πράγματα. διὰ τοῦτο νῦν ἐν τῷ διδασκαλείῳ εἶναι οὐ δύναμαι.

Ἀσμένως ποιήσω.

Ἐπιτελέσω μὲν, ἀλλὰ περὶ ταύταις ταῖς ὁμολογίαις, ὅπως καὶ σὺ τὸ αὐτὸ ποιήσῃς, εἴποτέ μοι δεήσει.

Ἑρμήνευέ μοι ταῦτα.

Πόσον χρὴ ἡμᾶς ἀπὸ στόματος εἰπεῖν τῇ ὥρᾳ πρώτῃ, δευτέρᾳ;

Ταῦτα ἡμᾶς ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν δεῖ.

Ἄκουσόν μου ἀπὸ στόματος ἀναγινώσκοντος, ὅσα εἰδέναι ὀφείλομεν, μετὰ ταῦτα ἐναλλὰξ σου ἀκούσω.

Διαμαρτάνεις τοῦ ἀναγινώσκειν.

Καλῶς ἀναγινώσκεις.

Λέγε βραδέως.

Μὴ ἀνάγνωθι προπετῶς.

Βέλτιόν ἐστι βραδύτητι, ἢ ταχύτητι ἁμαρτάνειν ἐν τῷ λαλεῖν.

Τὰ ῥήματα ἐν τῷ στήθει, καὶ οὐκ ἐν τῷ στόματι γεννηθῆναι δεῖ.

Domi non eſt.

Egreſſus eſt { extra fores. / urbe. / ex ædibus.

AGENDI CUM CONdiſcipulis Formulæ.

Accede / Veni huc } Petre.

Reſiſte / Mane } pauliſper.

Habeo quod tibi dicam.

Eſt quod te rogem.

Eſt quod à te petam.

Rogo te, ut me excuſes apud præceptorem abſentiæ. Nam ſum certis negotiis occupatus, quo fit, ut nunc in ſchola eſſe non poſsim.

Libenter faciam.

Expediam, ſed eâ conditione, ut & tu idem facias, ſi fortè mihi opus erit.

Interpretare mihi hæc.

Quantum eſt nobis pronunciandum memoriter horâ primâ, ſecundâ ?

Hæc nobis memoriter recitanda ſunt.

Audi me memoriter pronunciantem quæ ſcire debemus, poſtea viciſsim te audiam.

Aberras pronunciando.

Malè legis.

Dic ſenſim.

Ne præcipites verba.

Satius eſt tarditate, quàm celeritate peccare in loquendo.

Verba in pectore, non in ore, naſci debent.

Sis

Θάρσει, ὁ φόβος βλάπτει τὴν μνήμην.

Πτύξον { τὴν βίβλον.
{ τὸ βιβλίον.

Τῇ μνήμῃ, καὶ μὴ ταῖς βίβλοις πιστεύειν δεῖ.

Τοσοῦτον ἕκαστος ἐπίσταται, ὅσον μνημονεύει.

Πόθεν ποιήσομαι τὴν ἀρχήν;

Ἔξαρχε ὅπου ὕστατα ἔληξας.

Ἀρέσκει συναγωνίζεσθαί μοι ἐν τῷ γράφειν γράμματα;

Ἀρέσκει μὲν, ἀλλ' ἀπορῶ { παπύρου.
{ πτέρου.
{ μέλανος γραφικοῦ.

Δός μοι ὀλίγον τι { τῆς παπύρου.
{ τοῦ μέλανος γραφικοῦ.

Τίνος ἐστὶν ἡ βίβλος; { Ἐμοῦ ἐστιν.
{ Ἔστι Πέτρου.

Ἀπόδος μοί ποτε τὴν βίβλον μου, ἅλις αὐτῇ κεχρησάμενος.

Λῆγε λαλῶν { ὁ διδάσκαλος } προσέρχεται.
Παῦε γελῶν { } πάρεστι.

Τίνα βίβλον ἔχεις;

Γραμματική ἐστι.

Συγχώρησόν μοι ὀλίγον τὴν βίβλον συνεισορᾷν.

Σίγα, καὶ τὰ προστεταγμένα πρᾶττε.

Οὐχ οὕτω τοῖς διδασκάλοις, ὡς αὐτῷ τῷ Θεῷ προσκρούεις, μὴ πειθαρχῶν.

Καίπερ ὁ διδάσκαλος ἄπεστιν, ὅμως ὁ Θεὸς πάρεστιν, ὁ πάντα εἰδὼς καὶ εἰσορῶν.

Σημειοῦ σὺ { τῆς ἐπιχωρείας λέξεως.
{ τοῦ σολοικισμοῦ.
{ τοῦ βαρβαρισμοῦ.

Λάλησον { Ῥωμαϊστί.
{ Ἑλληνιστί.

Χρῶ λόγῳ { Ῥωμαϊκῷ.
{ Ἑλληνικῷ.

Ἀγνοεῖς

Sis præsenti animo, metus officit memoriæ.

Claude { librum. / libellum.

Fidendum est memoriæ, non libris.

Tantum quisque scit, quantum memoriâ tenet.

Unde faciam initium?

Incipe ubi proximè desiisti.

Placetne mecum certare pingendis literis.

Placet quidem, sed deest mihi { charta. / penna. / atramentum.

Da mihi paululum de tua { charta. / atramento.

Cujus est liber? { Meus est. / Petri est.

Redde mihi tandem librum meum, eo satis usus es.

Desine fabulari, / Desiste ridere, } Præceptor { advenit. / adest.

Quem librum habes?

Grammatica est.

Fac mihi copiam tui libelli parumper inspiciendi.

Tace, & quæ tibi mandata sunt, fac

Non tam Præceptorem, quàm ipsum Deum offendis si non obtemperas.

Licet præceptor absit, Deus tamen adest, qui omnia scit & intuetur.

Noto te { vernaculi sermonis. / solœcismi. / barbarismi.

Loquere { Latinè. / Græcè.

Utere sermone { Latino. / Græco.

Ἀγνοεῖς τὴν { Ῥωμαϊκὴν / Ἑλληνικὴν } λόγον; τῷ { Ῥωμαϊστὶ / Ἑλληνιστὶ } { λαλεῖν / κτηθῆναι.

Μάτην μανθάνομεν πολλὰ, ἐὰν μὴ τὰ αὐτὰ τῷ γράφειν καὶ τῷ λαλεῖν χρώμεθα πρὸς τὸν βίον.

Ἅπτε μοι τοῦτον τὸν λύχνον.

Ἔνεγκε λυχνεῖον, λυχνοῦχον.

Ἀπόμυττε / Καθαίρε } τὸν λύχνον.

Συσκεύαζε πῦρ ἐν { τῇ θερμάστρᾳ. / τῇ ἑστίᾳ. / τῷ καμίνῳ.

Σωτίθει / Διώθει } τοὺς ἄνθρακας ἐν τῷ βαύνῳ.

Πλείους σχίδακας / Πλείω ξύλα } παρατίθει.

ἌΛΛΟΣ ΔΙΑ'ΛΟΓΟΣ.

Τίς κόπτει τὴν θύραν;

Ἐγώ εἰμι. Τίς ὁ ἐγώ;

Φθέγγου τὸ ὄνομά σου.

Ὄνομά σοι τί ἐστι;

Ἐστί μοι ὄνομα Ἰωάννης.

Εἰσδέχου με. Ἄνοιγε τὴν θύραν.

Ἡ θύρα ἀνεῳγμένη ἐστί.

Ἐζήτησέ σε τίς.

Τίς πρὸ θυρῶν ἑστώς σε προσειπεῖν ἐπιθυμεῖ.

Σπουδῇ τοῦτο λέγεις, ἢ παίζεις;

Χωρὶς παιδιᾶς φημι.

Οὐ παίζω, ἀλλὰ σπουδάζω.

Τίνος ἕνεκα / Τί } δακρύεις.

Τί κακὸν ἔπαθες.

Ἐτύφθην.

Ἔδωκα

An ignoras { Latinum / Græcum } { sermonem } { Latinè / Græcè } { comparari / loquendo ?

Frustra discimus multa, nisi eadem scribendo & loquendo ad usum transferimus.

Accende mihi hanc candelam.

Adfer candelabrum, laternam.

Emunge / Purga } candelam.

Strue ignem in { fornace. / foco. / camino.

Compone / Protrude } titiones in fornace.

Plus assularum / Plus lignorum } appone.

ALIUS DIALOGUS.

Quis pulsat ostium ?

Ego sum. Quis ego ?

Ede nomen tuum.

Quod est tibi nomen ?

Est mihi nomen Johannes.

Intromitte me. Aperi januam.

Janua aperta est.

Quæsivit te quispiam.

Quidam præ foribus stans te conventum expetit.

Serio ne, an joco istud dicis ?

Extra jocum dico.

Non jocor, sed seria ago.

Quam ob causam / Cur } fles ?

Quid mali tibi accidit ?

Cæsus sum.

Ἔδωκα τιμωρίαν τῷ διδασκάλῳ.
Τί δεινὸν ἐποίησας; Οὐδέν.
Κοινὴ αὕτη ἐστὶ πάντων τῶν παιδαρίων ἀπόκρισις,
 καὶ μὴν ὅτε δικαίως τύπτονται.
Περὶ τίνος ὑμῖν ἡ ἔρις ἐστί;
Ἀναγγέλλωμεν τοῦτο ἀμφισβήτημα τῷ ὑποδιδα-
 σκάλῳ.
Οὐ κομίζεις τὸ βιβλίον ὅ σοι ἔχρησα;
Φεῦ, πάντως ἐκείνου ἐλαθόμην.
Οὐκ ἐπῆλθε νῦν ἤλθέ μοι τῆς οἰκίας ἐκβαίνοντι.
Ἀληθῶς κομίσω { σήμερον.
 αὔριον.
Τίνος ἐστὶ νῦν χορηγεῖν ἡμῖν λύχνον;
Τίνα χρὴ ἤδη ἀγοράζειν ξύλα;
Τίνος ἐστὶ { σαροῦν / καθαρίζειν } τὸ μουσεῖον;
Ἐμόν
Σόν } ἐστιν.
Ἰωάννου
Ἀπορῶ σαρώθρου.
Οὐκ ἔστι μοι σάρωθρον.
Στρῶσον { τὴν κλίνην.
 τὸ λέχος.
Ἅπτε λύχνον.
Τὰς βίβλους αὖθις εἰς τόπον ἑαυτῶν τίθει.

ἌΛΛΟΣ.

Τί σκυθρωπότερος εἶ, ἢ εἴωθας;
Οὐχὶ πάντα καλῶς ἔχει;
Ἀπόλωλα τὸ βιβλίον μου.
Δεινῶς ἔπεσον. Πέτρος ἠπείλησέ μοι πληγάς.
Διὰ τί τοσοῦτον χαίρεις;
Ὅτι ἐδόθη ἡμῖν τοῦ βαδίζειν οἴκαδε ἐξουσία.

Ἐδόθη

Dedi pœnas Præceptori.
Quid mali feceras? Nihil.
Hæc communis est omnium puerorum responsio, etiam cum meritò vapularunt.
Quid controversiæ est inter vos?
Referamus de hac controversia ad Hypodidascalum.
Afferſne libellum, quem tibi commodatò dederam?
Vah, iſtud mihi omnino exciderat.
Non venit mihi in mentem cum domo exirem.
Certò afferam { hodie. / cras.
Cujus eſt nunc miniſtrare candelam?
Quem oportet nunc emere ligna?
Cujus eſt { verrere / purgare } muſæum?
Meum / Tuum / Johannis } eſt.
Deſunt mihi ſcopæ.
Egeo ſcopis.
Sterne { lectum. / lectulum.
Accende lychnum.
Libros in ſuum locum repone.

ALIUS.

Quid triſtior es ſolito?
Salváne res eſt?
Perdidi libellum meum.
Graviter cecidi. Petrus minatus eſt mihi verbera.
Quid tam lætus es?
Quia facta eſt nobis abeundi domum copia.

Ἐδόθη ἡμῖν τοῦ παίζειν ἐξουσία.

Εἰς πόσην ὥραν ἐκελεύθημεν ἐπανελθεῖν εἰς τὴν σχολήν;

Εἰς ὥραν {
ἕκτην.
ἑβδόμην.
ὀγδόην.
ἐννάτην.
δεκάτην.
ἑνδεκάτην.
δωδεκάτην.
πρώτην.
δευτέραν.
τρίτην.
τετάρτην.
πέμπτην.

Ποῖ νῦν βαδίζεις;

Πορεύομαι οἴκαδε.

Εἶμι ἀγοράσων {
πάπυρον.
μέλαν γραφικόν.
πτερόν.
ἄρτον πύρινον.

Ποῦ ἐστιν Ἰωάννης;

Ἐξῆλθε {
ἔξω.
τῆς σχολῆς.
πρὸς τὸ ἀποπατεῖν.

Ἐξεπορεύετο τοῦ διδασκαλείου, τοῦ οὐρεῖν ἕνεκα.

Πόσου { ἠγόρασας / ἐπρίω } ταύτην τὴν βίβλον;

Ἠγόρασα {
τριῶν δηναρίων
τεσσάρων χρυσῶν
πέντε δραχμῶν
} παρὰ βιβλιοπώλου.

Ὀλίγου / Πολλοῦ } ἠγόρασας.

Οὐδεὶς { πιπράσκει / πωλεῖ } ἄλλης τιμῆς.

Data est nobis ludendi venia.
Ad quotam horam sumus jussi redire in scholam?

Ad horam { sextam. / septimam. / octavam. / nonam. / decimam. / undecimam. / duodecimam / primam. / secundam. / tertiam. / quartam. / quintam. }

Quò nunc vadis?
Eo domum.

Abeo emptum { papyrum. / atramentum. / pennas. / panem triticeum. }

Ubi est Jôhannes?

Exivit { foras. / schola. / ad requisita naturæ. }

Egressus est è ludo literario, reddendæ urinæ causâ.

Quanti { mercatus es / emisti } hunc libellum.

Emi { tribus denariis / quatuor aureis / quinque drachmis } à bibliopola.

{ Parvo pretio / Nimio } emisti.

Nemo { divendit / vendit. } alio pretio.

ΤΟΥ ΧΡΗ͂ΣΑΙ ΠΑΡΑ-δείγματα.

Χρῆσόν μοι { πτερὸν γραφικόν. / ῥαφίδα σὺν νήματι. / τὴν βίβλον. }

Ἀπορεῖν ἤδη οὐ δύναμαι.

Αὐτὸς νῦν ἐκείνῃ χρῶμαι.

Χρήσω, ἀλλ' ἐπὶ ταύταις ταῖς ὁμολογίαις, ὥστε σῶον ἐμοὶ ἀποδώσεις, καὶ ἐν καιρῷ, ἵνα μὴ αὐτὸς χρείαν ἔχω, ὅτε χρηστέον ἐστίν.

Ἰδοὺ ἔχεις, ἀλλ' { ῥυπαίνῃς. / εὐλαβοῦ μὴ καταρυπαίνῃς. }

Ὁ διδάσκαλος ὁ ἐμὸς δεῖταί σου πέμπειν αὐτῷ χρῆσθαι, ἐπ' ὀλίγον χρόνον, τὴν διαθήκην Ἑλληνικήν.

Οὐ δύναμαι ἐν τῷ παρόντι αὐτῷ χρῆσαι.

Τοῦ δανείζειν.

Ἀναγκάζομαι παρὰ διδασκάλου χρήματα δανείζεσθαι.

Ἐδανεισάμην χρήματα εἰς τὸ ἀγοράζειν ἱμάτια.

Δέομαί σου { δανείζειν / χρῆσαί } μοι { δηνάριον. / λύχνον. / χάρτην παπύρου. }

Αἴτει παρ' ἄλλου τινός, ἐμοὶ αὐτῷ γὰρ μόγις ἀπόχρη.

ἌΛΛΟΣ.

Πόση ἐστὶν ἡ ὥρα; { Πρώτη. / Δευτέρα. / Τρίτη. / Τετάρτη. / Πέμπτη. }

Ἐπικρέμαται ἡ ὥρα δεκάτη.

COMMODANDI
Formula.

Commoda { pennam.
acum cum filo.
librum. }

Carere nunc non possum.

Ipse eo nunc utor.

Commodabo, sed eâ lege, ut salvum mihi restituas, & maturè, ne ipse egeam, cum mihi utendum erit.

En habes, sed vide ne { commacules.
labeculas aspergas. }

Præceptor meus rogat, ut mittas utendum in breve tempus Testamentum Græcum.

Non possum in præsentia ei commodare.

Mutuari.

Cogor à Præceptore pecuniam mutuari.

Mutuatus sum pecuniam ad emendas vestes.

Oro te ut mihi mutuò des { denarium.
candelam.
chartam papyri. }

Pete ab alio quodam, mihi ipsi enim vix sufficit.

ALIUS.

Quota est hora? { Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta. }

Imminet hora decima.

Effluxit

Ἐξεῤῥύησεν } ἡ ὥρα { ἑβδόμη.
Παρῆλθεν } ἡ ὥρα { ὀγδόη.
Οὐκ ἠρίθμησα τὰς ὥρας,
Τὸ ὡρολογεῖον διαμαρτάνει.
Διαμαρτάνεις τοῦ ἀριθμεῖν.
Τὸ κλέψαμμον ἵσταται.
Κίνει τὸ κλέψαμμον.
Ἐπανόρθου { τὴν στολὴν / τὴν γραφὴν / τοὺς στίχους } μου.
Δέομαί σε ἀναγινώσκειν τὴν γραφὴν τὴν ἐμὴν, καὶ ἐὰν σφάλμα τι εὕρῃς, αἱρεῖν.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ΤΟΥ αἰτῆσαι τὸν διδάσκαλον.

Εὐδία ἤδη ἐστί.
Ὁ οὐρανὸς παρακαλεῖ πρὸς τὸ παίζειν.
Ἐξέλθωμεν παίζειν.
Οὐκ ἔξεστι παίζειν ἄνευ ἐξουσίας.
Χρὴ πέμπειν τινὰ ὃς τῆς τοῦ παίζειν ἐξουσίας ἡμῖν τυγχάνοι.
Πορευέσθω ὁ Παῦλος, πολυλόγος γάρ ἐστι καὶ τολμηρός.
Οὐδεὶς πρὸς ταύτην τὴν πρεσβείαν ἱκανώτερός ἐστι τοῦ Πέτρου.
Ἴθι Πέτρε αἴτησαι ἡμῖν τοῦ παίζειν ἐξουσίαν.
Πορευέσθω ὅστις βούλεται, ἐγὼ βούλομαι μᾶλλον ἀποῤῥῆσαι, ἢ αἰτῆσαι.
Πορεύου ὦ φίλτατε, πολλῆς χάριτος παρὰ πάντων ἡμῶν τευξόμενος.
Ἐπεὶ τοσοῦτον αἰτεῖτε, χαρίσομαι ταῖς δεήσεσι ταῖς ὑμετέραις.
Χαῖρε κύριε, διδάσκαλε.

Χαῖρε

Effluxit } hora { septima.
Præteriit } hora { octava.
Non numeravi horas.
Horologium aberrat.
Aberras numerando.
Clepsammon subsistit.
Move clepsammon.
Emenda { epistolam meam.
Emenda { scriptum meum.
Emenda { versus meos.
Rogo te, ut relegas scriptum meum, & si quid errati deprehenderis, tollas.

ROGANDI PRÆCEPTOrem formula.

Nunc aër serenus est.
Cœlum invitat ad ludendum.
Exeamus lusum, vel ad ludendum.
Non licet ludere absque venia.
Mittendus est quispiam, qui ludendi veniam nobis impetret.
Eat Paulus, nam benè linguax est, & audax.

Nemo ad hanc legationem magis idoneus, quam Petrus.
I Petre oratum nobis ludendi veniam.
Eat qui volet, ego carere malo, quàm rogare.

I quæso, ab omnibus nobis magnam initurus gratiam.
Quandoquidem tantopere id contenditis, obsequar precibus vestris.
Salve Domine Præceptor.

Χαῖρε καὶ σὺ Πέτρε.

Οἱ μαθηταί σου αἰτοῦσι φιλανθρωπίαν σου τοῦ παίζειν ἐξουσίαν.

Διδάσκαλος.

Παιζέτωσαν, ἀλλὰ ἀγεληδὸν ἐν τόπῳ τεταγμένῳ, καὶ ἐν καιρῷ οἴκαδε ἀνελθέτωσαν.

Ἀμφὶ ὥραν πέμπτην ἐπανελθέτωσαν εἰς πόλιν.

Παιδάριον.

Εὐφραινώμεθα, ἐτύγχανον ἐξουσίας, καίπερ δυσχερῶς, ἀλλὰ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ φυλακτέον ἐστί, μήτι ἁμαρτάνωμεν.

Περὶ δὲ τῆς παιδιᾶς [illegible] ἐν τῷ πεδίῳ βουλευσόμεθα.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ΤΟΥ ΤΟΙΣ *συμμαθηταῖς συλλαλεῖν.*

Πόθεν ἔρχῃ οὕτω πρωΐ;

Ἐκ τοῦ κοιτῶνος ἡμῶν.

Πότε ἀνέστης;

Μικρὸν πρὸ τῆς ὥρας ἕκτης.

Τίς ἐξήγειρέ σε;

Πατήρ. Μήτηρ. Ἀδελφός. Ἀδελφή.

Προσεκύνησας τῷ Θεῷ;

Προσηύχου τῷ Θεῷ;

Ὅτε πρῶτον ἐκτένισα τὰς τρίχας, καὶ ἐνιψάμην τὰς χεῖρας, καὶ τὴν ὄψιν, καὶ τὸ στόμα, προσηυχόμην.

Πῶς προσηύχου;

Κάμψας τὰ γόνατα καὶ συνθεὶς τὰς χεῖρας διεξῆλθον τὸν δεκάλογον, καὶ σύμβολον ἀποστολικόν, καὶ τὴν προσευχὴν Κυριακήν, καὶ προσέθηκα τὴν προσευχὴν γνώριμον, μετὰ τῆς εὐχαριστίας.

Ποίᾳ διαλέκτῳ εἴωθας προσεύχεσθαι;

Τότε

Salve & tu Petre.
Discipuli tui orant tuam humanitatem ludendi veniam.

Praceptor.

Ludant, sed gregatim in loco ad id destinato, & maturè se domum recipiant.
Sub horam quintam redeant in urbem.

Puer.

Simus hilares, impetravi veniam, quanquam ægrè: sed interim cavendum est ne quid peccemus.
De lusus genere in campo consultabimus.

COLLOQUENDI CUM CONDISCIPULIS FORMULA.

Unde venis tam manè?
Ex cubiculo nostro.
Quando surrexisti?
Paulò ante horam sextam
Quis excitavit te?
Pater. Mater. Frater. Soror.
Adorasti Deum?
Egisti Deo gratias?
Cum primum pexui crines, & manus, faciem ac os lavi, precatus sum.

Quomodo precatus es?
Flexis genibus, & conjunctis manibus recitavi Decalogum, Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam, & addidi notam precationem, cum gratiarum actione.
Quâ linguâ soles precare?

Τότε μὲν τῇ παρθικῇ, τότε καὶ τῇ Ῥωμαϊκῇ, ἐνίοτε καὶ Ἑλληνικῇ.

Εὐσεβῶς ἅμα καὶ καλῶς ποιεῖς ὦ φίλε παῖ· Φρόντισον ὅπως τοῦτο τῆς ἔργου σου μέρος οὐ πώποτε παραλείψῃς.

Φροντίσω μὲν ἀκριβῶς, Θεοῦ διδόντος, μεμνημένος τοῦ λόγου τοῦ Χριστοῦ, Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν. Ἔτι καὶ Δεῖ πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν.

Ποῦ πορεύῃ; Οἴκαδε πορεύομαι.

Οὐχὶ ἕτοιμος εἶ λόγον δοῦναι τῆς περὶ τὰ γράμματα σπουδῆς σου.

Ἕτοιμός εἰμι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

Δὸς οὖν λόγον, καὶ θάρσει.

Τῇ ὥρᾳ
{ ἕκτη
ἑβδόμη
ὀγδόη }
ἠκούσαμεν
{ Κικέρωνος.
Τερεντίου.
Ἰσοκράτους.

Ἀκηκόαμεν ἐξηγηθῆναί τι ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς.

Τῇ ὥρᾳ ἐννάτῃ ἠσκήσαμεν τὴν γραφικὴν δύναμιν.

Διὰ μνήμης φέρεις τὴν ἀνάγνωσιν;

Μικροῦ δεῖν· Ὀλίγου δεῖν. Σχεδόν.

Ἆρ' οὖν ἐθέλεις, ὅπως ἀναλάβωμεν μετ' ἀλλήλων; Μάλιστα ἐθέλω.

Ἄρχου οὖν. Ποιῶ τὴν ἀρχήν.

Ποιήσομαι ἀσμένως, ἀλλὰ σὺ πρόσεχε τὸν νοῦν, ἵνα ἐπανορθώσῃς, εἴ τι ἁμαρτήσω.

Ἤδη
{ ἅπαξ
δὶς
τρὶς
τετράκις
πεντάκις
ἑξάκις
ἑπτάκις
ὀκτάκις
ἐννάκις
δεκάκις }
ἥμαρτες.

Ὦ

Aliàs vernaculâ, aliàs Latinâ, nonnunquam etiam Græcâ.

Piè & rectè facis chare puer. Tu cura ut hanc officii tui partem nunquam negligas.

Dabo operam ſedulo, Deo dante memor, dicti Chriſti; Sine me nihil poteſtis facere. Item, Oportet ſemper orare, & non defatigari.

Quo vadis? Domum eo.

Eſne paratus ad reddendum rationem ſtudiorum tuorum?

Paratus ſum, ut mihi videor.

Redde igitur rationem, & ſis præſenti animo.

	ſextâ		Ciceronem.
Hora	ſeptimâ	audivimus	Terentium.
	octavâ		Iſocratem.

Audivimus aliquid explicari in epiſtolis.

Horâ nonâ exercuimus ſtylum.

Tenes memoriâ prælectionem?

Propemodum. Ferè. propè.

Viſne repetamus unà?

Maximè velim.

Incipe igitur. Ordire tu.

Faciam libenter, ſed tu attentè auſculta ut corrigas, ſi quid peccavero.

	ſemel	
	bis	
	ter	
	quater	
Jam	quinquies	erraſti.
	ſexies	
	ſepties	
	octies	
	novies	
	decies	

Ὢ τάλαν ἐγὼ ἐνόμιζον καλῶς εἰδέναι.
Τὸ αὐτὸ καὶ ἐμοὶ εἴωθε συμβαίνειν, ὅτε ἡ μνήμη οὐχ ἅλις ἐστήρικται.
Μακάριος, ὅστις μνήμην ἀγαθὴν ἔχει.
Μέγα ὡς ἀληθῶς εὐεργέτημα.
Ἀλλ᾽ ὁ χρόνος διέρχεται, ἄκουε οὖν μου νῦν. Ἀκούω. Ἀναγόρευε.

Μαθητής.

Αἰδέσιμε γραμματοδιδάσκαλε, ἀνάγκη τις ἀναγκάζει με ἐπισκέπτεσθαι { τὴν πατρίδα, τοὺς γονεῖς, τοὺς συγγενεῖς, } ὃ ἵνα μοι συγχωρῇς δέομαί σου.

Διδάσκαλε αἰδέσιμε, ἐγὼ ἔτη τινὰ ὑπὸ τῇ ῥάβδῳ σου ἐν τοῖς γράμμασι διατελέσας, φιλικῶς καὶ πιστῶς ὑπὸ σοῦ ἐδιδάχθην. Νῦν καὶ τοῖς γονεῦσι, τοῖς φίλοις, τοῖς ἐπιτρόποις ἀρέσκει, ἐμὲ ἐντεῦθεν εἰς ἀκαδημίαν τινὰ ἀπελθεῖν, ὅπου πλείω μανθάνειν, καὶ ὕστερον τῷ Θεῷ ἐν κλήσει τινὶ καλῇ χρησιμώτερον δουλεύειν, καὶ ἄλλοις ἀνθρώποις λυσιτελεῖν δυναίμην. Διὸ πολλὴν σοι ἔχω χάριν, ἀντὶ πολλῶν εἰς με εὐεργεσιῶν σου, καὶ ὑπισχνοῦμαι μὴ μόνον ἐκείνων εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μνημονεύσειν, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσιν ἀγαθοῖς ἀνδράσι εὐχαρίστῳ ψυχῇ καὶ γλώσσῃ ἐγκωμιάσαι μέλλειν.

Γραμματοδιδάσκαλος.

Κεχαρισμένη μοί ἐστι, ὦ φίλτατε νεανίσκε, ἡ δήλωσις τῆς σωφροσύνης καὶ εὐχαριστίας σου ἣν τούτῳ τῷ λόγῳ σου ἐπιδεικνύεις. Εἴθε καὶ ἐν τούτῳ τῷ διεφθαρμένῳ αἰῶνι, καὶ τοῖς βλαβεροῖς τῆς νεότητος τρόποις, πλείους τοιοῦτοι εἶεν, τὴν σὴν ἐν τῷ μανθάνειν τὰ γράμματα, καὶ τῷ διοικῆσαι τοὺς τρόπους σπουδὴν μιμούμενοι. Ἐγὼ δὲ οὐ μόνον ἀσμένως σοι τοῦ ἀπελθεῖν

εἰς

Me miserum, putabam me præclarè tenere.

Idem & mihi solet accidere, cum memoria non satis confirmata est.

Fœlix qui memoriâ bonâ prædi tus est.

Magnum reverà beneficium.

Sed tempus abit; audi igitur & nunc me. Audio.

Recita.

Discipulus.

Observande Ludimagister, necessitas quædam cogit me invisere
patriam,
parentes,
cognatos,
quod ut mihi per te liceat, oro.

Præceptor venerabilis, ego aliquot jam annis sub tua ferula bonis literis operam navans, diligenter & fideliter à te institutus sum: Nunc verò parentibus amicis, tutoribus meis visum est, ut hinc me ad Academiam aliquam conferam, ubi ampliorem ingenii cultum capere, & Deo postea in functione aliqua honesta utiliùs servire, & aliis hominibus prodesse possim. Quare tibi gratias ago maximas, pro plurimis tuis in me beneficiis, & polliceor, me illa non solum perpetuo meminisse, sed etiam apud omnes bonos, gratâ mente & linguâ prædicare velle.

Ludimagister.

Grata mihi est, carissime adolescens, significatio modestiæ & gratitudinis tuæ, quam hac tuâ oratione declaras. Utinam vero hoc corrupto seculo, & his perditis juventutis moribus, plures tales essent, qui tuam diligentiam, in discendis literis, & regendis moribus imitarentur. Ego verò non solum ilbenter tibi abeundi

εἰς τὴν πατρίδα ἐξουσίαν δίδωμι, ἀλλὰ καὶ Θεὸν αἰτῶ, ὕστερόν σε κυβερνῆσαι καὶ εὐθύνειν, ἵνα, ὥσπερ καλῶς ἤρξω, οὕτω καὶ ποιῶν διατελέσῃς, οὐδὲ σεαυτὸν τοῖς τῶν φαύλων ἀνθρώπων, πολλῶν μὲν πανταχοῦ ὄντων παραδείγμασι καὶ ὁμιλίᾳ, διαφθαρῆναι ἐάσῃς; ἵνα μικρῷ ὕστερον τῇ μὲν ἐκκλησίᾳ ὠφέλεια, καὶ τῇ πολιτείᾳ, τῇ δὲ πατρίδι καὶ τοῖς φίλοις δόξα, τοῖς καὶ γονεῦσιν ἡδονὴ καὶ παραμυθία ὢν τυγχάνῃς.

Ὕπαγε εἰς εἰρήνην.

ΑΛΛΟΣ.

Τί πράττεις; { Ἧμαι. / Οὐδὲν πράττω. }
Ὁρῶ. Ἀλλὰ πῶς ἔχει τὰ πράγματά σου;
Οὐχ ἄλλως εὐδαιμόνως· Κάκιστα ἔχει.
Ἴσως σοι περὶ σπουδαῖα ἀσχολουμένῳ ἐντυγχάνω.
Μᾶλλον καὶ σχολάζοντι. Ἤδη γὰρ ἔλαβέ με τῆς σχολῆς κόρος, καὶ συνομιλεῖν ἐπεθύμησα.
Ἴσως { ἐμποδίζω / ταράττω } τὰ πράγματά σου.
Μᾶλλον καὶ τὸν τῆς σχολῆς κόρον ἀφαιρεῖς.
Σύγγνωθι εἰ οὐκ ἐν καιρῷ σοι ἐνέτυχον.
Ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ προσέτυχες.
Ἡ ἄφιξίς σου πάνυ μοι ἡδεῖά ἐστι.
Ἴσως σπουδαῖόν τι μετ' ἀλλήλων πράττετε, ὃ μὲν ἐγὼ οὐ βουλοίμην ἐμποδίζειν.
Ἀλλὰ περὶ σοῦ ἐποιούμεθα τοὺς λόγους.
Ῥᾳδίως πιστεύω, καὶ γάρ μοι δεῦρο βαδίζοντι ὑπερβαλλόντως ἤχησε τὸ οὖς.
Πότερον; Τὸ ἀριστερόν. Ἀφ' οὗ στοχάζομαι, οὐδὲν καλὸν περὶ μου εἰρημένον εἶναι.
Μᾶλλον καὶ πάντα κάλλιστα.
Ἀλλὰ τί τοῦτό ἐστι;

Φασὶ

in patriam veniam do: sed etiam DEUM oro, ut deinceps te regat & gubernet, ut sicut pulchrè incepisti, ita pergas, nec te pravorum hominum, quorum ubique magna copia est, exemplis & sodalitio corrumpi finas, ut paulò post Ecclesiæ & Reipublicæ emolumento, patriæ & amicis honori, parentibus verò voluptati & solatio esse possis.

Vade in pace!

ALIUS.

Quid agis? { Sedeo. / Nihil ago. }
Video. Sed quomodo se habent res tuæ?
Non satis feliciter. Pessimè habent.
Fortassis te occupatum seriis negotiis interpello.
Imò maximè vacuum. Jam enim me cæperat otii tædium,& congerronem desiderabam.
Fortassis { interturbo / impedio } tua negotia.
Imò tædium otii discutis.
Da veniam,si te parum in tempore interpellarim.
Imò in ipso tempore advenis.
Adventus tuus est mihi vehementer gratus.
Fortassis aliquid seriæ rei inter vos agitur,cui ego nolim esse impedimento.
Imò de te locuti sumus.
Facilè credo, nam mihi huc venienti mirè tinniebat auris.
Utra? Sinistra. Unde conjicio nihil magnificè de me fuisse dictum.
Imò nihil non honorificum.
Sed quid est bonæ rei?

Φασί σε κωμήτην γεγενημένον.
Καὶ ἤδη ἐντὸς δικτύων μου ἐστὶν ἡ λεία, ἣν ἐθήρευον.
Τίς ἄρα;
Χαρίεσσα κόρη, ἣν μεταῦριον γαμήσω. Διὸ δέομαι ὑμῶν τότε τῇ ὑμετέρᾳ παρουσίᾳ τὸν γάμον μου κοσμῆσαι.
Τίς δὲ ἐστι νύμφη;
Δωροθέα, ἡ τοῦ ἡμετέρου ἐκκλησιαστοῦ θυγατήρ.
Ταύτης σοι εἰκότως συγχαίρομεν· οὐ μόνον γὰρ καλή ἐστιν, ἀλλὰ καὶ εὖ τεθραμμένη, καὶ πρὸς τὸ οἰκουρῆσαι ἄρισα πεπαιδευμένη.

Οἰκιακὸς διαλογισμός.

Ὦ παιδάριον, οὐδεὶς ἐκπορεύεται;
Οὗτος οἶμαι διαρρήξει τὴν θύραν. εἰκὸς οἰκεῖόν τινα εἶναι.
Ὦ φίλε, τί κομίζεις φίλε Πέτρε;
Ἐμαυτόν.
Σὺ δέπου πρᾶγμα οὐ πολλοῦ ἄξιον δεῦρο ἐκόμισας. Καί τοι πολλὰ ἀνήλωσεν εἰς με ὁ πατήρ μου.
Πιστεύω αὐτὸν πλείω εἰς σὲ δαπανῆσαι, οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν.
Ἀλλ' οὐχὶ Ἰωάννης οἴκοι ἐστί.
Οὐκ ἀκριβῶς οἶδα, ἀλλὰ εἶμι βλεψόμενος.
Ἢ μᾶλλον, ἴθι σὺ } οἴκοι ἐστί;
ἐρωτήσων, εἰ } ἐθέλει ἤδη οἴκοι εἶναι.
Ὦ Πέτρε, οἴκοι εἶ; Οὐκ εἰμί.
Ἀναίσχυντε, οὐχὶ ἀκούω σου λαλοῦντος;
Μᾶλλον καὶ σὺ ἀναισχυντότερος, νεωστὶ γὰρ τῇ σῇ θεραπαίνῃ ἐπίστευσα, σε οἴκοι οὐκ εἶναι, καὶ σὺ οὐ πιστεύεις ἐμοὶ αὐτῷ.
Δίκαιον λέγεις, ἴσον γὰρ ἴσῳ ἀποφέρεις.
Ἀλλὰ σύ μοι δοκεῖς κοχλίου βίον ζῆν.
Διὰ τί;

Ὅτι

Aiunt te venatorem factum esse.
mo jam intra casses meos est præda, quam venabar
Quænam ?
Lepida puella, quam perindie ducturus sum. Ideo oro vos, ut tunc vestrâ præsentiâ nuptias cohonestetis
Quænam est sponsa ?
Dorothea, Concionatoris nostri filia.
De hac merito tibi gratulamur ; nam non solum pulchra est, sed etiam benè educata, & ad domi manendum, ac curanda negotia domestica, optimè instituta.

Domestica confabulatio.

Heus puer, nemo huc prodit ?
Hic opinor effringet fores. Verisimile est familiarem aliquem esse.
O amice, Quid adfers mi Petre ?
Meipsum.
Tu certe rem haud magni pretii huc attulisti.
Atqui magno constiti patri meo.
Credo eum sumptus majores in te fecisse, quàm pro dignitate.
Sed estne Johannes domi ?
Non certo scio. Sed abi visum.
Vel abi tu potius interrogatum, an { domi sit. / velit jam domi esse.
Heus Petre, num es domi ? Non sum.
Impudens, non ego audio te loquentem ?
Imo tu impudentior. Nuper enim ancillæ tuæ credidi, te non esse domi, & tu non credis mihi ipsi.
Æquum dicis. Nam par pari refers.
Sed tu mihi videris cochleæ vitam agere.
Quid ita ?

Ὅτι διὰ παντὸς τοῦ χρόνου οἴκοι καθίζῃ, καὶ μηδαμόσε ἕρπεις.

Ἔστι μὲν, ὦ πράττω οἴκοι, ἔξω τῆς οἰκίας οὐδὲν μοί ἐστι πρᾶγμα, καὶ εἴ τι ἂν εἴη, ὅμως αὐτὴ αὔρα με ἡμέρας τινὰς τοῦ δημοσίου ἂν ἀπείργοι.

Ἀλλ' ἐν τῷ παρόντι εὔδιος ὁ οὐρανός ἐστι, καὶ παρακαλεῖ ἐπὶ τὸ περιπατεῖν.

Εἰ περιπατῆσαι ἀρέσκει, οὐκ ἀναίνομαι.

Ἀδιαλείπτως παρακαθίζεις τοῖς βιβλίοις.

Ἡμέτερῳ σπουδῇ ἐκτήκῃ σεαυτόν.

Ἐθέλω σπουδῇ ἐκτήκεσθαι μᾶλλον, ἢ τῷ ἔρωτι.

Οὐχὶ ἐστὶ ὁ περίπατός σοι ἡδὺς ἐγένετο;

Ἐγὼ μὲν καθ' ὑπερβολὴν αὐτῷ ἥδομαι.

ἌΛΛΟΣ ΔΙΆΛΟΓΟΣ.

Εὔχομαί σοι πολλὴν εὐτυχίαν.

Καὶ ἐγώ σοι διπλῆν εὔχομαι πᾶν, ὅτι εὔχῃ ἐμοί.

Τί πράττεις; Συνομιλέω.

Τί; Συνομιλεῖς μόνος;

Ναὶ ἡδίστῳ συνομίλῳ συνομιλῶν τυγχάνω.

Τίνι;

Τῷ { ἁγίῳ Παύλῳ. / Κικέρωνι.

Τοῦτο μὲν πολλάκις πράττεις,

Ἀλλὰ τὸ ποικίλον ἡδύ.

Σὺ μὲν ἀδιαλείπτως / Σὺ μὲν νύκτας καὶ ἡμέρας } ἐν τοῖς γράμμασι διατρίβεις.

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς τῶν γραμμάτων κόρος.

Ἀληθὲς μὲν, ἀλλὰ μέτρον ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.

Οὐδὲν ἡδὺ ἀδιάλειπτον ὄν.

Κατὰ τὸ εἰωθὸς σοι ποιεῖς.

Καταγελᾷς μου, ὡς εἴωθας.

Quia perpetuo domi ſedes, nec uſquam prorepis.
Eſt quod agam domi, foris nihil mihi eſt negotii, & ſi quid eſſet, tamen hæc aura me dies aliquot à publico cohibuiſſet.
Sed nunc ſerenum eſt cœlum, & invitat ad deambulandum.
Si prodeambulare lubet, non recuſo.
Nimium aſſides libris.
Immodico ſtudio te maceras.
Malo ſtudio marceſcere, quàm amore.
Ecquid voluptati fuit hæc deambulatio?
Ego quidem vehementer ea delectatus ſum.

ALIUS DIALOGUS.

Opto tibi multam fælicitatem.
Et ego tibi conduplicatum opto quicquid optas mihi.
Quid agis? Confabulor.
Quid? Confabulare ſolus?
Certè cum lepidiſſimo congerrone confabulor.
Quo?
Cum { Divo Paulo. / Cicerone.
Iſtud quidem ſæpè facis.
Sed varietas grata eſt.
Tu perpetuò / Tu noctes & dies } literis incumbis.
Nulla eſt literarum ſatietas.
Verum eſt; ſed modus in omnibus optimus.
Nihil ſuave, quod perpetuum.
Tuo more facis.
Rides me, ut ſoles.

Αὗται αἱ βίβλοι κονιορτῷ κεκαλυμμέναι μαρτυροῦσι τὴν ἐμὴν { ἐν γράμμασι διατριβήν. / περὶ τὰ γράμματα σπουδήν.

Μετὰ σπουδῆς / Σπουδῇ { λαλῶ.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ΤΟΥ ΠΡΟΣτάττειν καὶ ὑπισχνεῖσθαι.

Δέομαί σου, τοῦτο τὸ πρᾶγμά σοι μέλειν.
Ἀξιῶ σε ὡς δύναμαι μάλιστα τούτου τοῦ πράγματος φροντίζειν.
Εἰ ἐμὲ ἀγαπᾷς, τοῦτο ἐπιτελέσεις πιστῶς καὶ ἐπιμελῶς.
Ἐγώ σοι τοῦτο ἐξεργάσομαι, καὶ μὲν ὡς ὅτι τάχιστα.
Τὸ ἐκβὰν οὐ δύναμαι κατεργάζεσθαι, τοῦτο ὑπισχνοῦμαι ἐμοὶ οὐδὲ πίστιν οὐδὲ σπουδὴν ὑπολείψειν.
Τῷ λόγῳ οὐδὲν ὑπισχνοῦμαι, ἀλλὰ τῷ ἔργῳ διαπράξομαι πᾶν ὅ, τι δεῖ φίλου γνησίου, καὶ παντὶ θυμῷ εὐνόου.

Διὰ τί οὐκ ἐπισκέπτῃ;

Διὰ τίνα αἰτίαν τοσοῦτον χρόνον ἡμᾶς οὐκ ἐπισκέπτῃ;
Τί συνέβη, ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἐφ' ἡμᾶς οὐκ ἦλθες;
Τί διεκώλυσέ σε συχνὸν ἤδη χρόνον προσιέναι πρὸς ἡμᾶς;

Οὐκ ἐξῆν.

Οὐκ ἐξῆν διὰ ἀσχολίας.
Οὐχ ὑπῆρξέ μοι σχολή.
Ἐθέλησα μὲν, ἀλλὰ οὐκ ἐδόθη μοι ἐξουσία.
Αἱ ἀσχολίαι, αἷς ἐμπεπλεγμένος ἦν, οὐκ εἴασαν ἀσπάζεσθαί σε.
Δέχομαι μὲν τὴν ἀπολογίαν σου, ἀλλὰ ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ, ἵνα μὴ πλεονάκις αὐτῇ χρήσῃ.

Ἡ

Ipsi libri pulvere obducti testantur { meam in studiis diligentiam. / de mea in studiis diligentia.

Seriò / Ex animo } loquor.

MANDANDI AC POLLICENDI formulæ.

Quæso, ut hæc res tibi cordi sit.
Etiam atque etiam rogo, ut hoc negotium tibi curæ sit.
Si me amas, hoc efficias fideliter & diligenter.
Ego tibi hoc effectum reddam, & quidem propediem.
Eventum præstare non possum, illud polliceor, mihi nec fidem, nec studium defuturum.
Oratione nihil polliceor, sed re præstabo quicquid est amici sinceri, & ex animo bene volentis.

Cur non visis?

Propter quam causam tamdiu nos non invisis?
Quid accidit, quod, tam longo tempore ad nos non accesseris?
Quid obstitit, quo minus jam diu ad nos veneris?

Non licuit.

Non licuit per occupationes.
Non fuit mihi otium.
Volui equidem, sed non data est mihi facultas.
Negotia quibus implicatus eram, non patiebantur ut te salutarem.
Accipio tuam excusationem, sed hac lege, ne sæpius utaris.

Excu-

Ἡ ἀπολογία σου δικαιοτέρα ἐστὶν ἢ βουλοίμην ἄν, καὶ γὰρ ἡ νόσος αἰτία ἐγένετο.

Ἐπὶ ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ ἀποδέχομαι τὴν ἀπολογίαν σου, ἐὰν τὸ παραλελειμμένον πυκναῖς ὁμιλίαις ἀναπληρώσῃς.

Τὸ συμβεβηκός.

Τὸ πρᾶγμα ἀπέβη βέλτιον τῆς δόξης.

Πλείονος ἐτύγχανον ἢ ἂν ἐτόλμησα εὔχεσθαι.

Πᾶν τὸ πρᾶγμα ἐκβέβηκε κατὰ τὴν εὐχήν.

Χάρις.

Χάριν σοι καὶ ἔχω καὶ ἕξω, μέχρι ἂν ζῶ, μεγίστην.

Ὑπὲρ ταύτης τῆς εὐεργεσίας σοι ἴσην ἔχειν χάριν μόγις δύναμαι, ἀποδοῦναι οὐδαμῶς.

Ὅτι τὸ ἐμὸν πρᾶγμά σοι μέλει, ἀγαπῶ σε καὶ χάριν ἔχω.

Πασῶν τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς μὲν πολλὰς σὺ εὐεργέτησάς με, αὕτη ἡδίστη τυγχάνει οὖσα.

Ἀπόκρισις.

Μείζων ἐστὶν ἡ φιλία ἡμῶν, ἢ ἵνα σὺ ἐμοί, ἢ ἐγώ σοι ὑπέρ τινων εὐεργεσιῶν, ὀφείλω χάριν ἔχειν.

Ἑαυτὸν εὐεργετεῖ ὁ φίλον εὐεργετῶν.

Ὁ φίλον εὖ ποιῶν, οὐκ εὐεργετεῖ, ἀλλὰ δανείζει.

Εἰ μετ' ἀληθείας ἀποδέχῃ τὴν εἰς σε ὑπάρχουσαν εὐεργεσίαν μου, χρῶ πλεονάκις.

ἌΛΛΟΣ.

Ἀριστήσεις }
Δειπνήσεις } σήμερον οἴκοι;

Δεῖ

Excusatio tua justior est, quàm vellem, siquidem morbus fuit in causa.

Hac lege accipio excusationem tuam, si quod neglectum est, crebris alloquiis compenses.

Successus.

Res successit opinione meliùs.

Plus impetravi, quam ausus fuissem optare.

Res omnis cecidit ex sententia.

Gratia.

Gratiam tibi & habeo & habiturus sum, quoad vivam maximam.

Pro isto tuo beneficio pares agere gratias vix possum referre nequaquam.

Quod meum negotium tibi cordi est, amo te, & habeo gratiam.

Ex omnibus beneficiis, quæ tu plurima in me contulisti, hoc est longe gravissimum.

Responsio.

Major est nostra necessitudo, quàm ut vel tu mihi, vel ego tibi pro ullo beneficio debeam gratias agere.

Qui amico benefacit, sibi est beneficus.

Qui benè meretur de amico, non dat beneficium, sed fœnerat.

Si ex animo probas officium in te meum, fac utare sæpius.

ALIUS.

Prandebis } hodie domi?
Cœnabis }

Oportet

Δεῖ με { πενθερῷ / πενθερᾷ / γαμβρῷ / κηδεστῇ / ὑπάτῳ } { συναριστᾶν. / συνδειπνεῖν. }

Εἰς τὴν αὔριον οὖν σε ἐπὶ { ἄριστον / δεῖπνον } καλέω.

Δέομαί σου αὔριον μετ' ἐμοῦ { ἀριστᾶν. / δειπνεῖν. }

Δέδια μὴ οὐ δύναμαι.
Ὡς οὐ δύναμαι, δέδοικα.
Ἐλεύσομαι, εἰ ἔξεσται.
Ἀλλὰ δέδια, μὴ οὐκ οἷός τ' εἰμι.
Διὰ τί; Τίνος ἕνεκα;
Διὰ τίνα αἰτίαν;
Τί κωλύει σε ἐλθεῖν.
Τότε μὲν ἐμοὶ οἴκοι μενετέον δεῖ.
Αὔριόν μοι ἐξελθεῖν οὐκ ἔξεσται.

Αὐτὸς μὲν γὰρ τότε { συναρίστους / συνδείπνους } τινὰς ἀναμένω.

Οὐ δύναμαι ὑπισχνεῖσθαι.
Οὐχ οἷός τ' εἰμι ἐπαγγέλλεσθαι.
Ἐλεύσομαι, ὅταν ἑκατέρῳ ἡμῶν δόξῃ μάλιστα εἶναι ἁρμοστόν.
Ἀλλ' ἐγώ σε κατέχω, ἄλλοσε ἴσως πορευσόμενον.
Μᾶλλον καὶ ἐγώ σε, οἶμαι.
Ἀλλὰ αὔριον διὰ μακροτέρων ὁμιλήσομεν.
Αὔριον πλείω φλυαρήσομεν.
Ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἔρρωσο.
Ἐν τῷ μεταξὺ φρόντιζε, ὅπως ὑγιαίνῃς.

Oportet me apud { ſocerum / ſocrum / generum / affinem / conſulem } { prandere. / cœnare. }

In craſtinum igitur te ad { prandium / cœnam } voco.

Oro te ut cras mecum { prandeas. / cœnes.

Timeo ne non poſſim.
Ut poſſim metuo.
Veniam ſi quidem licebit.
Sed metuo, ne non queam.
Quare? Cur?
Propter quam cauſſam?
Quid obſtat, quo minus poſſis venire?
Tunc quidem mihi domi manendum eſt.
Cras mihi exire non licebit.

Ipſe tunc { compranſores / concœnatores } aliquot expecto.

Non poſſum polliceri.
Nequeo promittere.
Veniam, ubi utrique noſtrum videbitur eſſe commodiſſimum.
Sed ego te detineo, aliò fortaſſis iturum.
Imò ego te, opinor.
Sed cras latiùs confabulabimur.
Craſtino die plura nugabimur.
Interim cura, ut valeas.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ΤΟΥ συγχαίρειν τῆς ἐπανόδου ἕνεκα.

Ματθαῖος καὶ Λουκᾶς.

M. Συγχαίρω σοι { εἰς πατρίδα ἀναστρέψαντι. / τῆς ἐπανόδου εἰς πατρίδα.

Λ. Καὶ ἐγώ σοι ζῶντι, ὦ Ματθαῖε.

M. Ἀνέστρεψας ἡμῖν πιότερος καὶ μακρότερος ἢ ἐτύγχανες ἄν.

Ἀπῆλθες { ἀπώγων, / ἀγένειος. } ἐπανῆλθες { πωγωνίας. / μακροπώγων. / εὐγένειος. }

Λ. Βουλοίμην ἂν μᾶλλον ἐπανελθεῖν σοφώτερος καὶ ἐλλογιμώτερος.

M. Συγχαιρόμεθα καί σοι καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, ὅτι ζωὸς καὶ εὔρωστος ἡμῖν ἀπεδόθης.

Λ. Ἐγὼ ἐναλλὰξ ἥδομαι, ὅτι σῶος ὢν ὑμᾶς σώους εὗρον.

Ὅτι σε ὑγιαίνοντα εὗρον, χαίρω ὑπερβαλλόντως.

M. Τί σημαίνει ἐκείνη ἡ ὠχρότης; τί ἰσχνότης; τί αἱ ἐν τῷ μετώπῳ ῥυτίδες;

Λ. Ποία ἡ τύχη, τοιαύτη ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ σώματος χρῆσις.

M. Ἆρά γε κακῶς πράττεις;
Ἆρά γε σοί ἀηδές τι συνέβη;

Λ. Καίπερ οὐδένα χρόνον ἡ τύχη φιλικῶς εἶχε πρὸς ἐμέ, ὅμως οὐδέποτέ μοι μᾶλλον, ἢ νῦν ἠναντιοῦτο.

M. Συναλγέω σοι.
Λυποῦμαι διὰ τὴν συμφορὰν σου.
Ἀλλὰ τί τοῦτο τὸ κακόν ἐστι;

Λ. Πάντα

FORMULA GRATULANDI *de reditu.*

Matthaeus & Lucas.

M. Gratulor tibi { in patriam reverso. / de reditu in patriam.

L. Et ego tibi superstiti Matthaee.

M. Rediisti nobis obesior & procerior solito.

Abiisti { sine barba: / imberbis, } rediisti { barbatus. / prolixam barbam habens. / pulchrâ barbâ praeditus.

L. At quidem mallem redire prudentior & doctior.

M. Gratulamur & tibi & nobis, quod vivus & valens nobis restitutus sis.

L. Ego vicissim laetor, quod incolumis vos incolumes offenderim:

Quod te salvum repererim, vehementer gaudeo.

M. Quid sibi vult ille pallor? quid macies? quid in fronte rugae?

L. Qualis fortuna, talis est & corporis habitus.

M. Nunquid malè tecum agitur?

Nunquid tibi aliquid acerbi accidit?

L. Etsi nullo fere tempore fortuna mihi favit, tamen nunquam mihi magis, quam nunc adversata est.

M. Doleo vicem tuam.

Dolet mihi calamitas tua.

Sed quid istud mali est?

L. Universae

Λ. Πάντα τὰ χρήματα ἐναυάγησα.

Μ. Ποῦ, ὦ φίλτατε;

Λ. Ἐν τῇ θαλάττῃ Βαλτικῇ, ἐκ Κιμβρείας εἰς Γερμανίαν πλεύσων.

Μ. Οὐχὶ ἄδηλον ἦν, ὅτι ἀδιαλείπτως προσεδέχου.

Λ. Οὐδέποτε σπουδαιότερον.

Μ. Ὁμολογεῖς τοιγαροῦν ἀληθὲς εἶναι τὸ λεγόμενον· ὁ μὴ εἰδὼς προσδέχεσθαι, μαθέτω πλεῖν.

Λ. Ὁμολογῶ, καὶ γὰρ τῷ ἔργῳ πεῖραν ἔλαβον.

Μ. Καλῶς ἔχει, ὅτι αὐτὸς ἡμῖν ζωὸς ἐξεκολύμβησας· βέλτιον δεῖ τὰ χρήματα, ἢ τὴν ζωὴν ναυαγῆσαι. Ὁρᾷς οὖν τὴν παιδείαν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἀσφαλεστάτην πλοῦτον οὖσαν, τὸν μηδὲ ἀφαιρεθῆναι δυνάμενον, μηδὲ βαρύνοντα τὸν βαστάζοντα.

Μ. Καλῶς σὺ μὲν φιλοσοφεῖς. Ἀλλ᾽ ἐν τῷ μεταξὺ ἐγὼ λυποῦμαι.

Ἀσπάζεσθαι δι᾽ ἑτέρου.

Ἀσπάζου τοὺς γονεῖς μου.

Ἀσπάζου τὸν { ὕπατον / ποιμένα / πενθερὸν / κηδεστὴν } παρ᾽ ἐμοῦ.

Ποῖ βαδίζεις Νικόλαε;

Ἰθὺς τῆς πατρίδος.

Στῆθι πρὸς ὀλίγον, ἔστιν ὅ σοι ἐπιτάττω.

Ἀλλὰ πεζῷ οὐχ ἁρμόττει φορτίον.

Οὐκ ἐπιθήσω σοι μέγα βάρος.

Τί δὲ τοῦτο ἐστί;

Ἵνα πάντας τοὺς διδασκάλους, καὶ τοὺς οἰκείους μου, τοὺς ἐν τῇ ἀκαδημίᾳ Ροσοχικῇ, παρ᾽ ἐμοῦ φιλικῶς ἀσπάσῃ.

Εἰ μηδὲν ἄλλο φορτίον ἐπιτίθης, πλὴν ἀσπασμοὺς, ῥαδίως διακομίσω.

Ἐγὼ δὲ, ἵνα μὴ ἄμισθι τοῦτο ποιῇς, εὔχομαί σοι Χριστὸν τῆς ὁδοῦ σου συνακόλουθον εἶναι.

Ὅ,τι

L. Universæ pecuniæ naufragium feci.
M. Ubinam charissime?
L. In mari Baltico ex Dania in Germaniam navigaturus.
M. Non dubium igitur est, quin diligenter oraveris.
L. Nunquam diligentiùs.
M. Fateris igitur verum esse quod dicitur, Qui nescit orare, discat navigare.
L. Fateor, nam re ipsa expertus sum.
M. Benè habet, quod ipse nobis vivus enatasti. Meliùs est pecuniæ, quàm vitæ jacturam facere. Vides igitur doctrinam & virtutem tutissimas divitias esse, quæ nec eripi possunt, nec gravant circumferentem.
L. Pulchrè tu quidem philosopharis, interim tamen ego ringor.

Salutare per alium.

Saluta parentes meos.

Saluta { Consulem / Pastorem / Socrum / Affinem } meo nomine, vel meis verbis.

Quo vadis Nicolae?
Rectà in patriam.
Resiste paulisper, est quod tibi mandem.
Sed pediti non convenit sarcina.
Non imponam tibi magnum onus.
Quid autem rei est?
Ut omnes præceptores, & familiares meos in Academia Rostochiana, amanter salutes.
Si nihil aliud sarcinæ imponis præter salutationes, facilè perferam.
Ego autem, ne gratis istud facias, precor, ut Christus tibi comes itineris sit.

Ὅτι σὺ εὔχῃ, γένοιτο.
Χειρὸν γὰρ ἔχων συνοδίτην, κατὰ πάντων κινδυνῶν ἐξαρκέντως τετειχισμένος εἶμι οἶδα.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΑ ΤΑ ΤΟῦ ἐρωτῆσαι περὶ τῆς ὑγιείας.

Γεώργιος. Λυκᾶς.

Γ. Οὐχὶ ὑγιαίνεις; Λ. Εἰσορᾷ τὸ πρόσωπον. Γ. Διὰ τί οὐ μᾶλλον τὸ οὖρον καλεῖς; Λ. Ἄρα σὺ νομίζεις με εἶναι ἰατρόν; οὐκ ἐρωτῶ εἰ ὑγιαίνεις, καὶ γὰρ τὸ πρόσωπον αὐτὸ μηνύει σε καλῶς ἔχειν τὸ σῶμα, ἀλλὰ πῶς σεαυτῷ ἀρέσκεις; Λ. Τὸ σῶμα μὲν εὖ ἔχει, ἀλλ' ἡ ψυχὴ κακῶς διάκειται. Γ. Οὐ μὲν ὑγιαίνει, ὁ τοῦτο τὸ μέρος νοσῶν. Λ. Οὕτως ἔχει τὰ ἐμά. τὸ μὲν σῶμα ὑγιαίνει, ἡ δὲ ψυχὴ ἀσθενεῖ. Γ. Ῥαδίως ταύτην νόσον ἰᾶσθαι ἡ μήλη. πῶς ἔσχηκας ἕως ἄρτι; Λ. Ποικίλως, ὡς τὰ τῶν θνητῶν ἐστι. Γ. Οὐχὶ ἀεὶ εἶχες καλῶς; Λ. Κάλλιστα, δόξα τῷ Θεῷ, ἐξὸν Θεοῦ διδόντος διὰ παντὸς ἀεὶ τοῦ χρόνου ἐρρωμένος ἔτυχον ὤν, μέχρι τοῦ νῦν συμβαίνει μοι ὑγιαίνειν. Γ. Δοίη ὁ Θεὸς τοῦτο εἶναι συνεχὲς καὶ ἴδιον· ἡδόμενος τοῦτο πυνθάνομαι, συγχαίρω σοι δόξα τῷ Θεῷ. Χάριν ἔχω τῷ Θεῷ, συγχαίρω τῷ Θεῷ, ὡς δύναμαι μάλιστα. Ἀλλ' οὐδὲν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ σοι συνέβη ἀβέλτερον; Λ. Οὐδὲν, πλὴν ὅτι τῆς ὁμιλίας τῆς ὑμετέρας οὐκ ἐξῆν ἀπολαύειν.

Ἀρρώστως ἔχειν.

Γ. Μῶν ἐρρωμένος εἶ; Λ. Βουλοίμην ἄν. Οὐκ ἐρρωμένος εἰμὶ κατὰ πάντα, ὅπως οὖν ἔχω τὸ σῶμα, οὐκ εὖ διάκειμαι τὸ σῶμα ὡς εἴωθα. Διάκειμαι κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ. Ἑτέρως ἢ βουλοίμην ἄν. Οὕτω διάκειμαι τὸ σῶμα, ὡς εἰώθασιν οἷς πρὸς τοὺς ἰατροὺς πρᾶγμα ἐστί.

Γ. Μὴ

Quod precaris, faxit Deus.
Si enim Christum itineris comitem habuero, contra omnia pericula me satis munitum esse scio.

FORMULÆ INTERROGANDI de valetudine.

Georgius. *Lucas.*

G. Valesne ? *L.* Contemplare vultum. *G.* Quin magis lotium jubes ? An me putas medicum ? Non rogo an valeas, nam facies ipsa loquitur te bellè valere, sed quomodo tibi placeas ? *L.* Corpus quidem bellè habet, sed animo malè est. *G.* At non valet, qui istâ parte laborat. *L.* Sic habent res meæ, corpus valet sed ægrotat crumena, *G.* Facile isti morbo medebitur mater. Ut valuisti huc usque ? *L.* Variè, uti sunt res mortalium. *G.* Fuistine semper prosperâ valetudine ? *L.* Prosperrimâ, gratia Deo. Ego Dei beneficio perpetuò bellissimè valui. Hactenus bonâ valetudine fui ? *G.* Faxit Deus ut istud sit perpetuum ac proprium. Lætus istud audio. Gratulor tibi. Gratia Deo. Gratiam habeo Deo. Gratias ago Deo quantas possum maximas. Sed nihil interim tibi molestiæ fuit ? *L.* Nihil, nisi quod vestrâ consuetudine frui non licuit.

Malè valere.

G. Rectene vales ? *L.* Vellem quidem. Non valeo per omnia. Utcunque valeo. Non admodum bene valeo corpore, ut soleo. Valeo ut Deo visum est. Secus quam vellem valeo. Ut solent, quibus cum medicis res est.

Γ. Μὴ γένοιτο, ἀηδές τι λέξῃς. Πρέπει σε θαρσεῖν. Χρὴ
σε ἀνδρωδῶς διακεῖσθαι. Μεγαλοψύχως σε κατὰ τῆς νόσου
ἔχειν δεῖ. Πολὺ βοηθεῖ ἐν τῇ δυστυχίᾳ ψυχὴ ἀγαθή.
Τίνι νόσῳ ἐλήφθης; Τίς νόσος κατέλαβέ σε; ποίῳ
νοσήματι περιέπεσες; Ποίαν νόσον ἀσθενεῖς; Λ. Οὐκ
οἶδα, καὶ διὰ τοῦτο νοσῶ ἐπισφαλέστερον. Γ. Ἀληθεύεις.
Ὀρθῶς λέγεις. Πρῶτον μὲν γὰρ πρὸς τὴν ὑγίειάν ἐστι, τὸ
τὴν νόσον γνῶναι. Οὐδενὶ συνεβούλευσας ἰατρῷ; Λ. Πολ-
λοῖς μέν. Γ. Τί ἀποκρίνονται; Λ. Ὁ μὲν ἀρνεῖται· ὁ δὲ
λέγει, ὁ δὲ βουλεύεσθαι δεῖν οἴεται· ἐν δὲ τῷ με ταλαίπω-
ρον εἶναι ὁμονοοῦσι. Γ. Πόσος χρόνος ἐστὶν, ἐξ οὗ πονη-
ρῶς ἔχεις; Πόσον χρόνον ἐνόσησας; Λ. Ὀκτὼ ἡμέρας.
Μικροῦ δεῖν, ὅλος ἤδη μήν ἐστι. τρεῖς, τέτταρας, ἢ πέντε
μῆνας ὅλους ἀρρωστῶ. Δέκατον μῆνα τοῦτον κάμνω. ὅλον
ἤδη ἔτος ἀῤῥωστῶ. Γ. Περιεργατέον οἶμαι ἐγὼ, τὴν νόσον
οὐ γίνεσθαι οἰκείαν. Μῶν ὕδρωψ ἐστί; Λ. Ἀρνοῦνται. Γ. Μῶν
δυσεντερία; Λ. Οὐκ οἶμαι. Γ. Μῶν πυρετός; Λ. Πιστεύω
εἶναι. Γ. Ποῖός ἐστι πυρετός; Πότερον συνεχὴς, ἢ ἀμ-
φημερινὸς, ἢ τριταῖος, ἢ τεταρταῖος; Λ. Νομίζω νέον
εἶναι τοῦ πυρετοῦ εἶδος, ὡς ἐν τῷ νυνὶ πολλαὶ νέαι γί-
γνονται νόσοι, πρότερον ἄγνωστοι. Γ. Ἀλλ' ἄλις ἦν τῶν
παλαιῶν. Λ. Οὕτως ἀρέσκει τῷ Θεῷ τὰ νέα ἁμαρτή-
ματα νέοις νοσήμασι κολάζοντι. Γ. Πόσῃ ἡμέρᾳ ἀνα-
τρέχει τὸ ἄλγημα; Λ. Πόσῃ ἡμέρᾳ λέξῃς; Μᾶλλον καὶ
καθ' ἑκάστην ἡμέραν, πλεονάκις ἢ Εὔριπος. Γ. Ὦ τοῦ
κακοῦ βδελυκτοῦ. Πόθεν ἐπεσπάσω τὸ νόσημα, πόθεν
νομίζεις τοῦτο τὸ κακὸν εἶναι; Λ. Τοῦ λιμοῦ. Γ. Ἀλλ' οὐκ
εἴωθας τοσοῦτον εἶναι δεισιδαίμων, ὥστε νηστείᾳ σεαυτὸν
ἀποτρύχειν. Λ. Οὐκ ἦν εὐσέβεια, ἀλλὰ ἀπορία. Οὐ γὰρ ἐ-
δόθη τροφή. Ἐκ ψύχους γενέσθαι οἴομαι. Ἐκ μήλων ἀμέλει
τὴν τοῦ οἰσοφάγου ὠμότητα ὑπάρχειν ἡγοῦμαι. Γ. Φυλάττου
μὴ ἐξ ἀμέτρου καὶ ἀκαίρου περὶ τὰ γράμματα σπουδῆς
τοῦτο τὸ κακὸν ἐπισπάσῃς, ἢ ἐκ πότου ἀμέτρου, ἢ
ἐκ μέθης. Ἀλλὰ διὰ τί οὐ παρακαλεῖς ἰατρόν τινα

Λ. Δέδια

G. Avertat Deus; rem mihi peracerbam narras. Bono sis animo oportet. Virum te præstes oportet. Forti infractóque animo contra morbum esto. Multum juvat animus in re mala bonus. Quo morbo teneris? Quis te morbus tenet? Quid habes morbi? Quo morbo laboras? *L.* Nescio, & ideo laboro periculosiùs. *G.* Verum dicis. Rectè dicis. Primus enim ad sanitatē gradus est novisse morbum. Nullúmne consuluisti Medicum? *L.* Multos equidem. *G.* Quid respondent? *L.* Alius negat, alius deliberandum censet. In hoc consentiunt omnes, me miserum esse. *G* Quantum temporis est, quod te malum hoc corripuit? Quampridem habet te hic morbus? *L.* Octo dies. Fermè integer jam mensis est. Tres, quatuor, aut quinque integros menses malè habeo. Decimum jam mensem laboro. Integrum jam annum ægroto. *G.* Adnitendum censeo, ne morbus fiat familiaris. Num est hydrops? *L.* Negant. *G.* Num dysenteria? *L.* Non arbitror. *G.* Num febris? *L.* Credo esse *G.* Qualisnam est febris? Continuáne, an quotidiana, an tertiana, an quartana? *L.* Opinor novam esse febris speciem, ut nunc novi subinde morbi exoriuntur, antehàc incogniti. *G.* At plus satis erat veterum. *L.* Ita est visum Deo nova peccata novis morbis punienti. *G.* Quoto die recurrit dolor? *L.* Quoto die narras? Imò quotidie, sæpiùs quàm Euripus. *G.* O malum abominandum! Unde contraxisti morbum? Unde suspicaris hoc esse collectum mali? *L.* Ex inedia. *G.* At non soles usque adeò esse superstitiosus, ut te jejunio maceres. *L.* Non erat religio, sed inopia. Non enim dabatur cibus. E frigore natum arbitror. E crudis malis contracta est stomachi cruditas. *G.* Vide ne ex immodico, aut intempestivo studio conciliâris tibi hoc mali, aut ex potatione largiore, aut ex ebrietate. Sed cur non accersis medicum?

 L. Timeo

Λ. Δέδια μὴ θᾶττον τὴν νόσον αὐξάνῃ ἢ θεραπεύσῃ. Φοβοῦμαι μὴ ἀντὶ φαρμάκου τοξικὸν διδῷ. Γ. Δεῖ γοῦν ἐλέσθαι τινά, ᾧ ἀδεῶς πιστεύοις ἄν. Λ. Εἰ χρὴ θανεῖν, βούλομαι μὲν μᾶλλον ἅπαξ τελευτᾷν, ἢ τοσούτοις φαρμάκοις ἐκβυχωθείς. Γ. Φρόντισον οὖν, ὅπως αὐτὸς σεαυτοῦ ἰατρὸς τυγχάνῃς ὤν. Εἰ ἀνδρὶ ἰατρῷ ἀπιστεῖς, εὔχομαί σοι τὸν Θεὸν ἐν ἰατροῦ μέρει εἶναι. Εἰσὶν οἱ ἐνδυσάμενοι ἐσθῆτα μοναχοῦ, ἀνερρώσθησαν. Λ. Τὸ αὐτὸ ἴσως συμβέβηκεν ἄν, εἰ λεοντῆν ἐνδεδυμένοι ἂν εἶεν. Ἀλλὰ ταῦτα τῷ ἀπιστοῦντι οὐδὲν συμφέρει. Γ. Πίστευσον οὖν, ἵνα ἀναβιώσῃς. ἄλλοι τινὲς ἀπηλλάχθησαν τῆς νόσου, ποιησάμενοί τινι τῶν ἁγίων ὑποσχέσεις. Λ. Ἀλλ' οὐδὲν ἐστι μοὶ πρὸς τοὺς ἁγίους συμβόλαιον. Γ. Τοιγαροῦν σὺ τὸν Χριστὸν ᾧ μὲν πιστεύεις, αὐτὸς τῆς τῆς ὑγιείας χάριν. Λ. Ἀλλ' οὐκ οἶδα εἰ χάρις ἐστί. Γ. Πῶς οὐχὶ χάρις ἐστὶ, τῆς νόσου ἀπαλλαγῆναι; Λ. Ἐνίοτε τελευτᾷν βέλτιόν ἐστι. Ἔστω δὲ τοῦ Χριστοῦ μηδὲν δέομαι πλὴν ὅτι ἂν ἄριστον ᾖ. Εὐσεβῶς σὺ μὲν φιλοσοφεῖς· ὅτε μὲν γὰρ αἰτοῦμεν τὸν Θεὸν ἀγαθὰ τὰ πρὸς τοῦτον τὸν βίον ἀναγκαῖα, ἀεὶ προσθεῖναι δεῖ τὸ Κύριε ἐὰν θέλῃς. Πνευματικὰ δὲ καὶ αἰώνια ἀγαθὰ, ἄνευ ὁμολογίας τῷ Θεῷ εὔχεσθαι πρέπει. Ἀλλ' ἔρρωσο, ὦ φίλε Λουκᾶ. Λ. Ἔρρωσο εἰς τὴν αὔριον καὶ σύ, ὦ φίλτατε Γεώργιε.

ἌΛΛΟΣ ΔΙΑ'ΛΟΓΟΣ.

Κ. Οὐχὶ ἐγένετο σοι αὕτη ἡ ὁδοιπορεία εὐτυχὴς καὶ χρήσιμος; Λ. Ἐγένετο μετρίως, πλὴν ὅτι οὐδεὶς τόπος ἀκινδύνους ἔχει διὰ τοὺς λῃστάς. Γ. Πεζὸς κεῖς ἢ ἱππεύς; Λ. Τὰ μὲν πεζῇ πορεία, τὰ καὶ ἁμάξῃ, τὰ καὶ ἵππῳ, τὰ δὲ νηΐ. Γ. Πῶς ἔχει τὰ τῶν ἐν Γαλλίᾳ Βελγικῇ; Λ. Στασιαστικῶς. Πολλαὶ μὲν ἐκεῖ πολέμων ἀπειλαί εἰσι. Γ. Ἀλλὰ ταῦτα ἐάσωμεν· οὐδὲν γὰρ ἡμῖν καὶ τῷ Ἄρει. Τὰ δὲ σὰ πῶς ἔχει; Λ. Εὖ, καλῶς, κάλλιστα. Γ. Οὐχὶ καλῶς πράττεις;

Λ. κάλ-

L. Timeo ne citius morbum augeat, quàm curet. Metuo ne pro remedio venenum det. G. Deligendus est igitur, cui tutò fidas. L. Si moriendum est, malo semel mori, quam tot pharmacis excarnificatus. G. Fac igitur, ut ipse tibi sis medicus. Si diffidis homini medico, precor ut sit tibi medici vice Deus. Sunt qui induti veste monachi convaluerunt. L. Idem fortasse evenisset, si leonis pelle tecti fuissent. Verùm ista diffidenti nihil conducunt. G. Fide igitur, ut reviviscas. Alii morbo levati sunt, nuncupatis alicui divorum votis. L. At ego cum divis non paciscor. G. Proinde tu à Christo, cui fidis, pete sanitatis beneficium. L. At ego, an beneficium sit, nescio. G. An non beneficium est, liberari morbo? L. Nonnumquam mori felicius est. Ego autem à Christo nihil peto, nisi quod optimum sit. G. Piè tu quidem philosopharis. Cùm enim petimus à Deo bona ad hanc vitam necessaria, semper addendum est, Domine, si tu vis. Spiritualia autem & æterna bona sine ulla conditione à Deo petenda sunt. Sed vale, mi Luca. L. Vale in crastinum & tu, carissime Georgi.

ALIUS DIALOGUS.

G. Fuitne tibi hoc iter faustum & commodum? L. Sic satis, nisi quod nihil usquam tutum est à latronibus. G. Pedes advenis, an eques? L. Partim pedestri itinere, partim vehiculo, partim equo, partim navigio. G. Quo in statu sunt res Belgicæ? L. Sanè turbulento. Magnæ bellorum minæ sunt. G. Sed hæc omittamus. Nihil enim nobis cum Marte. Tuæ res quomodo habent? L. Benè, pulchrè, optimè. G. Nonne benè tecum agitur?

 L. Optimè,

Λ. Κάλλιστα, εὐτυχέστατα. Γ. Οὐχὶ εὐτυχεῖς; Λ. Μᾶλλον καὶ δυστυχῶ. Τὰ μὲν ἐμὰ χεῖρον ἔχειν οὐ δύναται. Γ. Οὐκ ἑάλωκας, ὅπερ ἐθήρευες; Οὐχὶ συνέβη ἡ λεία, ἣν ἐπεβούλευσας; Λ. Ἐθήρευον μὲν, ἀλλὰ τῆς Ἀρτέμιδος ὀργιζομένης. Γ. Οὐδεμία ἐλπὶς λοιπή ἐστι; Λ. Ἐλπὶς μὲν πολλὴ, πρᾶγμα δὲ οὐδέν. Γ. Ὁ ὕπατος οὐδεμίαν ἐλπίδα δείκνυσι; Λ. Ὅλας ἁμάξας, ὅλας νηας, ἀλλὰ πρὸς τούτοις οὐδέν. Γ. Οὐδὲν ἔτι ἔπεμψεν; Λ. Ὑπέσχετο μὲν δαψιλῶς, ἀλλ' οὐκ ἔπεμψεν ὀβολὸν οὐδένα. Ὑπισχνεῖται μὲν πολλὰ λόγῳ, ἔργῳ δὲ οὐδὲν ποιεῖ. Γ. Χρὴ οὖν τὴν ψυχὴν τῇ ἐλπίδι τρέφειν. Λ. Ἀλλὰ ταύτῃ οὐ πιαίνεται ἡ κοιλία. Γ. Διὰ τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὁδοιπορεῖν ἐτύγχανες ἂν ἐπιτηδειότερος, οὐδὲν φορτίον ἐν τῇ ζώνῃ ἔχων. Λ. Ὁμολογῶ, καὶ ἀσφαλέστερος. Οὐδένα γὰρ ὅπλα μᾶλλον ἐλεύθερα τῶν λῃστῶν ἐστιν. Ἀλλ' ἐγὼ μᾶλλον ἂν βουλοίμην καὶ τὸ φορτίον καὶ τὸν κίνδυνον. Γ. Οὐδέν σου ἀφῄρηται ἐν τῇ ὁδῷ; Λ. Μῶν ἐμοῦ; Τί ἀφαιρήσεις ἀνθρώπου γυμνοῦ; Οἱ δὲ ἄλλοι μᾶλλον ἐφοβοῦντό με. Ἐξῆν ἐμοὶ γυμνῷ ὁδοιπόρῳ διὰ ὅλης τῆς ὁδοῦ ᾄδειν καὶ πεινᾶν. Γ. Ποῖ δὲ νῦν βαδίζεις; Λ. Εὐθὺ τῆς οἰκίας, ἀσπασόμενος τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς γονεῖς, πολὺν ἤδη χρόνον οὐχ ὁρώμενος. Γ. Εὔχομαί σε πάντα ἐκεῖ εὑρεῖν ἡδέα. Λ. Αἴθε τοῦτο βούλοιτο Θεός. Οὐδὲν καινὸν συμβέβηκεν ἐν τῷ μεταξὺ ἐν τῇ οἰκίᾳ ἡμῶν; Γ. Οὐδὲν, πλὴν ὅτι εὑρήσεις τὸν οἶκον ἐπίδοσιν εἰληφότα. Καὶ γὰρ ἡ ἀλεκτορίς σου ἔτεκέ σοι ᾠὸν καλόν. Λ. Καλῶς λέγεις, ἀντὶ ταύτης τῆς ἀγγελίας δίδωμί σοι δῶρον, ταύτην τὴν καινὴν διαθήκην ἐν Λουτικίᾳ νεωστὶ κομψῶς τυπωθεῖσαν. Γ. Καλὸν, μὰ τὸν Θεὸν, εὐαγγέλιον. Ἔστι μοι τοῦτο τὸ δῶρον ὡς ὅτι ἥδιστον. Σκέψομαι δὲ ὁπόθεν σοι ποτὲ χάριν ἀξίαν ἀποδοῦναι δυνηθῶ. Λ. Ἐξαρκούντως ἀνταποδεδωκέναι νόμιζε, εἰ ἀγαπήσεις.

L. Optimè, felicissimè. *G.* Nonne prospero fortunæ statu uteris ? *L.* Imò maximè adverso. Res in pejori statu esse non potest. *G.* Non cepisti, quod captabas ? Non contigit præda, quam venabaris ! Venabar equidem, sed iratâ Dianâ. *G.* Nihil reliquum est spei ? *L.* Spei permultum, sed rei nihil. *G.* Consul nihil ostendit spei ? *L.* Tota plaustra, totas naves, sed præterea nihil. *G.* Nihil adhuc misit ? *L.* Promisit quidem largiter, sed ne obolum quidem misit. Promittit quidem multa verbis, sed re præstat nihil. *G.* Ergo spe alendus est animus. *L.* Sed hac non saginatur venter. *G.* Ideo autem eras ad iter expeditior, quòd nihil esset oneris in zona. *L.* Fateor, atque etiam tutior. Nulla enim sunt arma certiora adversùs latrones. Sed ego malim & onus & periculum. *G.* Nihilnè tibi ademptum est in via? *L.* Mihine? Quæso quid eripias nudo? Aliis citiùs periculum erat à me. Licuit mihi vacuo viatori per totum iter canere, & esurire. *G.* Quò autem nunc abis ? *L.* Rectà domum, salutaturus uxorem & parentes jam diu non visos. *G.* Precor ut illic offendas omnia læta. *L.* Utinam ita velit Deus. Nihil interim extitit novi domi nostræ ? *G.* Nihil, nisi quòd reperies auctam familiam nam tua gallina peperit tibi pulchrum ovum. *L.* Bene nuncias. Pro hoc nuncio do tibi munus, videlicet, Novum Testamentum Lutetiæ recèns eleganter excusum. *G.* Pulchrum, ita me Deus amet, Evangelium. Est mihi hoc munus longè gratissimum. Despiciam unde possim hoc donum pensare. *L.* Abundè te pensasse puta, si boni consulueris.

ἌΛΛΟΣ.

Γ. Οὐχὶ καινά τινα ἐκ τῆς πατρίδος κομίζεις; οὐδὲν καινὸν παρὰ τῶν ἡμετέρων φέρεις; τίνα καινὰ ἀγγέλλεις; Λ. Καινὰ μὲν πολλά, ἀληθὲς δὲ οὐδέν. Τοσαῦτα μὲν ψεύδη φέρω, ὅσα μόλις ναῦς ἄγοι. Γ. Ἀποφορτίζου οὖν ὡς τάχιστα, ἵνα μὴ ὑπὸ τηλικούτου τὸ μέγεθος φορτίου ἀπόλῃ. Λ. Οὐδὲν ἔχω, πλὴν ὅτι ἐν τοῖς κουρείοις, καὶ ἁμάξαις, καὶ νηυσὶ θρυλλεῖται. Γ. Τί, οὐχὶ ἡ πατρὶς ἡμῶν τοῦ λοιμοῦ ἐλευθέρα ἐστί; Λ. Οὐχὶ ὅλως, ἀλλὰ συνεχὴς οὐκ ἔστιν, ἐνίοτε γὰρ ἀνίησι. Πάλιν δὲ παροξύνεται. Γ. Οὐχ ἅλις ἦν κακῶν ὅπου πόλεμος ὢν τυγχάνει. Λ. Ἦν μὲν, εἰ μὴ ἄλλως ἂν ἐδόκει τῷ Θεῷ. Γ. Ἀνάγκη αὐτόθι σιτοδείαν εἶναι. Λ. Πάντων ἐκεῖ ἔνδεια ἐστι, πλὴν τῶν σχετλιωτάτων στρατιωτῶν. Γ. Ὅπου οἱ στρατιῶται κυριεύουσιν, ἐκεῖ οὐδὲ τῶν ἁγίων ἱερῶν, οὐδὲ τῶν μυσῶν φείδονται. Λ. Ὀρθῶς οὖν καὶ σοφῶς ὁ λέγων Ξενοφῶν φησὶν εἰρήνη δοκεῖ μέγα ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, πόλεμος μέγα κακόν. ἀλλὰ οὐ καθέξω σε πλείονα χρόνον. Ἐν ἑτέροις καιροῖς διὰ πλειόνων ποιησόμεθα τὴν συνουσίαν, ὁπότε ἑκατέρῳ ἔσται ἐπιτήδειον. Νῦν ἄλλοσέ με καλεῖ πράγματά τινα.

ἌΛΛΟΣ ΔΙΑ'ΛΟΓΟΣ.

Γ. Πυνθάνομαί σε νεωστὶ τὴν πατρίδα ἐπεσκέφθαι. Λ. ἐπεσκεψάμην. πολὺν γὰρ χρόνον τοὺς γονεῖς οὐχ ἑωράκειν. Οὐκ ἐδυνήθην πλείονα χρόνον φέρειν τὸν τῆς πατρίδος καὶ τῶν φίλων πόθον. Γ. Εὐσεβῶς ἐποίησας, φιλάνθρωπος τυγχάνεις ὤν, ταῦτα ἐνθυμούμενος, ἅπαντες γὰρ σφόδρα στέργομεν τὴν χώραν, τὴν ἡμᾶς θρέψασαν καὶ φύσασαν. Ἀλλ' ἄγε πῶς

ALIUS.

G. Nihilne novarum rerum ex patria adfers? Nihil novi à nostris portas? Quænam nova nuncias L. Nova permulta, at nihil veri. Tantum mendaciorum adfero, quantum vix una navis vehat. G. Exonera igitur te quamprimùm, ne succumbas tanto oneri. L. Nihil habeo præter ea quæ in tonstrinis, in vehiculis,& in navibus jactantur. G. Quid, estne patria nostra immunis à pestilentiâ? L. Non omninò, sed perpetuò non est; aliquando remittit sese, deinde recrudescit. G. Nonne satis erat malorum, ubi bellum grassatur? L. Erat quidem, nisi aliter visum esset Deo. G. Annonæ caritatem istic esse oportet. L. Omnium rerum illic inopia est, præterquam sceleratorum militum. G. Ubi milites dominantur, ibi nec sacris templis, nec Musis ipsis parcunt. L. Rectè igitur & sapienter Xenophon inquit: Pax videtur hominibus esse magnum bonum, bellum verò magnum malum. Sed non te morabor diutius. Alias pluribus colloquemur, cum erit utrique commodum. Nunc aliò me vocant negotia quædam.

ALIUS DIALOGUS.

Georgius. Audio te patriam nuper revisisse. *Lucas.* Revisi. Diu enim parentes meos non videram. Non poteram diutius ferre patriæ & amicorum desiderium. *Georgius.* Piè fecisti, humanus es, qui ista cogitas. Ducimur enim omnes admirabili quodam amore ejus regionis, quæ nos aluit & edidit. Sed dic quæso, quoniam in

ἐκεῖ ἑώρακας πάντα ἔχοντα; Λ. Πάντα καινά, πάντα μεταβεβλημένα. ἐδόκουν εἰς ἄλλον ἐλθεῖν κόσμον. ἔτι δέκα μόλις ἀπεγνώμην. Οὐκ ἄλλως ἅπαντα ἐθαύμασα, ἢ Ἐπιμενίδης ὁ τῶν ὑπνωδῶν ἄρχων, μόγις τελευταῖον ἀνεγερθείς. Γ. Ποῖος τίς οὗτός ἐστι μῦθος; Λ. Λέξω δή, εἰ σχολή σοί ἐστιν ἀκούειν. Γ. Οὐδὲν ἐμοὶ ἥδιον ἔσται. Λ. Ἕδραν οὖν σὺν προσκεφαλαίῳ μοι τίθεσθαι κέλευε. Γ. Ὀρθῶς ὑπέμνησας. καθήμενος γὰρ ῥᾷον ψευδολογήσεις. Λ. Μυθολογοῦσιν οἱ ἱστορικοὶ περὶ Ἐπιμενίδου τινὸς Κρητέως, ὃς μόνος πρὸς περίπατον ἔξω τείχους πορευόμενος, ἐπειδὴ διὰ τὸν ὑετὸν συνεχῆ σπήλαιον ἐμβὰς ἐκάθευδε, τεσσαράκοντα ἑπτὰ ἔτη εὕδων διετέλεσε. Γ. Ἀλλ᾽ εὐτυχῶς ἔπραξεν ὁ Ἐπιμενίδης, ὁ τὰ τελευταῖα ἑαυτὸν ἀναλαβών. Πολλοὶ μὲν τῶν ἐλλογίμων οὔποτε ἀνεγείρονται ἐκ τοῦ ἐνυπνίου ἑαυτῶν. Ἀλλὰ πράττεις ἀξίως ἀνδρὸς ποιητοῦ. Ἔμμενε οὖν τῷ ψευδολογεῖν. Λ. Ἐπιμενίδης οὖν ἀνεγερθείς, ἐκ τοῦ σπηλαίου πορευόμενος, περισκοπεῖ, ὁρᾷ πάντα μεταβεβλημένα, τὰς ὕλας, τὰς ὄχθας, τοὺς ποταμούς, τὰ δένδρα, τοὺς ἀγρούς, ὡς γὰρ συντόμως εἰπεῖν, πάντα καινά. Βαδίζων οὖν εἰς τὴν πόλιν ἐρωτᾷ, διατρίβων αὐτόθι χρόνον τινά. οὐδὲ ἔγνω οὐδένα, οὐδὲ ὑπό τινος ἐγνώσθη. Ἄλλο γὰρ τῶν ἀνθρώπων περίβλημα οὐδὲ τὸ αὐτὸ πρόσωπον. ἡ λέξις μετεβλήθη. οἱ τρόποι διάφοροι. Οὐδὲ θαυμάζω τοῦτο τῷ Ἐπιμενίδῃ μετὰ τοσαῦτα ἔτη συμβεβηκέναι, ἐπειδὴ μικροῦ δεῖν, ἐμοὶ τὸ αὐτὸ συνέβη τῷ ὀλίγα ἔτη τῆς πατρίδος ἀπογενομένῳ. Γ. Τί γονεῖς σου, οὐχὶ βιοῦσι; Λ. Βιοῦσι μὲν ἀμφότεροι, καὶ διάκεινται ὁπωσοῦν, γήρᾳ, καὶ νόσῳ, καὶ συμφοραῖς τῶν πολέμων ἐκνενευρισμένοι. Γ. Αὕτη ἐστὶ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου κωμῳδία. Τὰ θνητὰ τοιαῦτα, οὐδὲν ἐν ταὐτῷ μένει.

in loco illic offendisti omnia? *L.* Universa nova, mutata omnia. Videbar mihi in alium venire mundum. Vixdum decennium abfueram, non secus omnia mirabar, quam Epimenides somniatorum princeps, vix tandem expergefactus. *G.* Quænam est ista fabula? Dicam equidem, si vacat audire. *G.* Nihil fuerit jucundius. *L.* Sellam igitur cum pulvino mihi poni jube. *G.* Rectè admones, nam sedens commodiùs mentieris. *L.* Fabulantur Historici de Epimenide quodam Cretensi, qui deambulandi gratiâ solus urbe egressus, cùm subitâ pluviæ vi compellente in quandam speluncam ingressus obdormisset, quòd quadraginta septem perpetuos annos somnum continuarit. *G.* Sed bene cum Epimenide actum est, qui tandem ad se rediit. Multi docti nunquam expergiscunt à suis somniis. Sed facis ut Poëtâ dignum est. Perge igitur mentiri. *L.* Epimenides igitur sommo solutus, è spelunca prodit, circumspicit, mutata videt omnia, sylvas, ripas, flumina, arbores, agros, breviter, nihil non novum. Accedit ad urbem, percontatur, manet illic aliquandiu, neque novit quenquam, neque à quoquam agnitus est. Alius hominum cultus, nec idem vultus, mutatus sermo, diversi mores. Neque miror hoc Epimenidi post tantum annorum evenisse, cùm mihi idem propemodùm evenerit, qui pauculos annos àbfuissem. *G.* Quid uterque parens, vivuntne? *D.* Vivunt ambo, & valent utcunque, senio, morbo, denique bellorum calamitate confecti. *G.* Hæc est humanæ vitæ comœdia. Tales sunt res humanæ: ut in eodem nihil duret statu.

DE

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΗΝ ΕΝ ΤΗ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ ΣΠΟΥΔΗΝ ὀρθῶς διατάττειν.

Μαθητὴς καὶ Διδάσκαλος.

Μ. Ἐπιθυμῶ, ὦ διδάσκαλε φίλτατε, συντόμως παρά σου πυνθάνεσθαι, τίνα τρόπον χρὴ τὴν περὶ τὰ γράμματα σπουδὴν εὐθύνειν, ἐάν γε σοὶ σχολὴ καὶ ἱκανὸς χρόνος γένηται. Δ. Χρόνον σὺ μὲν ἐθήρευσας, ὦ νεανίσκε, μάλιστα ἐπιτήδειον. Πρὸς δὲ τοῦτο τὸν ἐλεύθερον καὶ καλὸν πόθον σου τῶν ἐμῶν μεγίστων ἀσχολιῶν ἂν προετίμων ἀσμένως. Διόπερ ἀφείσθω μοι τοῦ προοιμιάζεσθαι, ἵνα καὶ τὴν φύσιν σου ἀκριβέστερον γνῶ, καὶ ἐγώ σοι τὴν ἐμὴν ἔννοιαν τὴν πρός σε μᾶλλον ἐπιδείξω, ἐμὲ περὶ ἑκάστων, ἃ εἰδέναι ἐθέλεις, ἁπλῶς ἐρώτησον. Μ. Εὐσεβῶς καὶ καλῶς ποιεῖς, ὦ διδάσκαλε ἐνδοξότατε, τοσαῦτα πράγματά με ξυμπάσης παιδεύειν οὐκ ὀκνῶν. πρῶτον μὲν οὖν παρά σου πυθέσθαι βούλομαι, τί τὸ πρῶτον τῆς περὶ τὰ γράμματα τὰ ἡμέτερα σπουδῆς τέλος ἐστίν, εἰς ὃ ὥσπερ εἰς σκοπὸν, ἅπαντας τοὺς ἡμετέρους τοῦ μαθεῖν πόνους συντείνειν δεῖ. Δ. Εὐσχημόνως σὺ μὲν περὶ τούτου ἐρωτήματος τὴν ἀρχὴν ποιεῖς. Γνόντες γὰρ τὸν σκοπὸν πρὸς ὃν βλέπομεν, ῥᾷον καὶ τὰ πρὸς τὸν σκοπὸν ἐξαιρεῖσθαι ἐστί. Δύο δ' ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου κυριώτατα καὶ μάλιστα πρέποντα ἀγαθὰ, οἷς πάντων ἄλλων ζώων προέχει, ὁ νοῦς καὶ ὁ λόγος, τούτων ἀκριβῶς τε καὶ ὀρθῶς ἐκπονηθέντων, οἱ ἄνθρωποι οὐ μόνον τῶν ἄλλων ζώων, ἀλλὰ ἀλλήλων διαφέρουσι. Προσήκει τοιγαροῦν τὴν περὶ τὰ γράμματα σπουδὴν εἰς δύο ταῦτα ἐγγύτατα καὶ ἀληθέστατα τέλη συντείνειν, ὅπως δηλονότι τὸν νοῦν τῇ σοφίᾳ, ἢ τῇ τοῦ Θεοῦ

Δύο τοῦ ἀνθρώπου πρέποντα ἀγαθά.

Δύο τῆς περὶ τὰ γράμματα σπουδῆς τέλη.

DE RATIONE STUDIORUM *rectè instituenda.*

Discipulus & Praeceptor.

D. Cupio, mi cariſſime præceptor, breviter ex te audire, quæ ſit ratio ſtudiorum rectè inſtituenda, ſi modò tibi eſt otium, & tempus his rebus commodum. *P.* Tempus tu quidem, adoleſcens, captaſti commodum. Deinde tuum illud liberale & honeſtum deſiderium vel maximis occupationibus meis anteferrem libenter. Quare omiſſâ præfatione, ut & ingenium tuum meliùs cognoſcam, & tibi meam erga te benevolentiam magis probem, me de ſingulis rebus, quas ſcire cupis, ſimpliciter interroga. *D.* Piè & honeſtè facis, clariſſime Præceptor, quòd me de his tantis rebus benevolè erudire non gravaris. Primùm itaque ex te cupio, quiſnam præcipuus ſtudiorum noſtrorum finis ſit, ad quem, velut ad ſcopum, omnes noſtri diſcendi labores referri debeant. *P.* Rectè tu quidem ab hac queſtione ordiris. Intellecto enim ſcopo & metâ, ad quam tendimus, faciliùs etiam media, rectâ ad iſtam metam ducentia, eligere poterimus. Duæ autem ſunt propriæ & præcipuæ hominis dotes, quibus reliquo animantium generi antecellit, *Ratio & Oratio.* His ſtudioſè & rectè excultis, homines non ſolùm cæteris animalibus, verùm inter ſe aliis alii hominibus præſtant. Dirigenda igitur ſunt *Studia* Literarum ad hoſce duos fines proximos & immediatos, ut *Rationem* ſapientiâ, ſeu cognitione

Duæ hominis præcipuæ dotes.

Duo ſtudiorum fines.

Dei,

Θεοῦ, καὶ τῆς φύσεως, καὶ τῶν νόμων γνώσει, καὶ τῇ ἀρετῇ ἐκπονήσωμεν· καὶ δύναμιν τοῦ λόγου, κομψῶς καὶ φανερῶς πράγματα ἀγαθὰ ἐξηγούμενοι, ἡμῖν αὐτοῖς παρασκευάσωμεν. Μ. Οὐχὶ ταῦτα δύο τὰ τέλη παρὰ τοῖς λογογράφοις συνθεματέρον ὀρισμένα ἀναγινώσκεται; Δ. Μάλιστα. Περικλῆς μὲν γὰρ παρὰ Θουκυδίδῃ συνθέμενος καὶ ἀκριβῶς προσαγορεύει, Γνῶναι τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα. Λουκιανὸς δὲ σύνεσιν καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικὴν ἀποκαλεῖ, τουτέστι Σοφίαν καὶ Λογιότητα. Μ. Τί δὲ σὺ σοφίαν ὀνομάζεις; Δ. Σοφίαν μὲν, ὡς τὰ θεῖα γράμματα λαλεῖ, ὀνομάζομεν τὴν ἀληθινὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων ἀγαθῶν γνῶσιν, μεμιγμένην τῇ περὶ τὸν Θεὸν εὐσεβείᾳ. Ἀφροσύνην δὲ, τὸ μὴ γνῶναι τὸν Θεὸν, μηδὲ πείθεσθαι αὐτῷ. Μ. Τί δαὶ λογιότης ἐστί. Δ. Τὴν λογιότητα Πλάτων πάνυ εὐσχημόνως ὁρίζει, τὸ τῷ Θεῷ κεχαρισμένα λέγειν δύνασθαι. Εἰς τοῦτο γὰρ ἔσχατον τέλος ἅπαντες ἄνθρωποι τὰς πράξεις ἑαυτῶν συντείνειν ὀφείλουσιν, ὅπως Θεὸς ὁ κτίστης ὀρθῶς ὑφ' ἡμῶν γινώσκηταί τε καὶ θεραπεύηται. α. πρὸς τοὺς Κορινθ. ι. λα. Πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. Διόπερ ἐν ταῖς ἡμετέραις περὶ τὰ γράμματα σπουδαῖς, καὶ ἐν πάσαις ὅλου τοῦ βίου πράξεσιν, ἀεὶ τοῦτον τὸν ὠφελιμώτατον κανόνα πρὸ ὀφθαλμῶν τίθεσθαι δεῖ. Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποιεῖ Θεόν. Ἔστω τοιγαροῦν τέλος τῶν πόνων τῶν ἡμετέρων ἡ σοφὴ καὶ λόγιος εὐσέβεια. Μ. Δέομαί σου, μοὶ λέγειν, ἐκ τίνων παιδειῶν ταύτην τὴν σοφίαν, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις δεινότητα μάλιστα λαβεῖν δεῖ; Δ. Τὴν σοφίαν, ἢ τὸ γνῶναι τὰ δέοντα, τοῖς ἀνθρώποις ἐξεργάζονται ἡ Θεολογία, καὶ ἡ Φιλοσοφία, ἢ τὴν γνῶσιν τῶν νόμων, ἢ τῶν παραγγελμάτων περὶ τῶν ἠθῶν, καὶ τὰς ἱστορίας τὰς παραδείγματα τῶν νόμων παρεχούσας, καὶ τὴν τῶν φυσικῶν γνῶσιν, καὶ τὰ μαθήματα

Marginal notes: Σοφία. — Λογιότης. — Τέλος τῶν πόνων ἡμῶν. — Τὴν σοφίαν ὁπόθεν λαβεῖν δεῖ.

Dei, Naturæ, legum, & virtute excolamus, & *Orationis* purè ac perſpicuè res bonas explicantis, facultatem nobis comparemus. *Diſcipulus.* Extantne hi duo ſtudiorum noſtrorum fines apud autores brevioribus verbis deſcripti? *Præceptor.* Maximè. Pericles enim apud Thucydidem breviter & rotundè nominat, ſcire quæ oportet ſcire, & ea poſſe eloqui. LUCIANUS autem appellat, rerum cognitionem, & facultatem diſertè eas explicandi, id eſt, Sapientiam & Eloquentiam. *Diſcipulus.* Quid autem vocas Sapientiam? *Præceptor.* Sapientiam, ut Sacræ Literæ loquuntur, nominamus veram notitiam Dei, & aliarum rerum bonarum, conjunctam cum vera pietate erga Deum. Stultitiam vero ignorationem Dei, & obedientiæ erga Deum. *Diſcipulus.* Quid autem eſt Eloquentia? *Præceptor.* Eloquentiam graviſſimè Plato definit, *Deo grata dicere poſſe.* Nam ad hunc ultimum finem omnes homines ſuas actiones referre debent, ut Deus conditor rectè à nobis agnoſcatur et colatur; 1 Cor. 10. 31. Omnia ad gloriam Dei facite. Quapropter et in ſtudiis noſtris, et in totius vitæ actionibus, ſemper et in conſpectu eſſe hæc utiliſsima Regula debet, Exordium rerum fac et finem Deum Sit igitur finis ſtudiorum noſtrorum, *Sapiens & Eloquens Pietas.* *Diſcipulus.* Dic quæſo, ex quibus Doctrinis Sapientia illa, et Eloquentia potiſſimum petenda ſit? *Præceptor.* Sapientiâ ſeu recto judicio de rebus cognitione digniſsimis, mentem hominis inſtruunt Theologia, et Philoſophia, quâ Scientiam Legum ſeu Præceptorum de Moribus, Hiſtorias; quæ exempla legum ſuppeditant, cognitionem naturalium rerum, et Mathe-

Sapientia.

Eloquentia.

Finis Studiorum noſtrorum.

Sapientia unde petenda ſit.

θέματα συλλαμβάνομεν. Μ. Πρὸς δὲ τὸ τῶν ἄλλων λόγων συνιέναι, καὶ πρὸς τὸ τὸν ἡμέτερον ὀρθῶς μορφῶσαι, τί μάλιστα ἀναγκαῖον ἐστί; Δ. Τὸν λόγον τὸν ἐν τοῖς τῶν σοφῶν καὶ τῶν δεινῶν λέγειν γράμμασιν ἱεροῖς καὶ ἀνιέροις, χρηστῶς γνῶναι διδάσκουσιν αἱ τοῦ λέγειν

Γραμματική

τέχναι, μάλιστα δὲ πασῶν ἡ Γραμματικὴ Ῥωμαϊκή, καὶ Ἑλληνική, καὶ Ἑβραϊκή. Τούτων μὲν τῶν γλωττῶν μνημείοις ἐπειδὴ αἱ ἐξαίρετοι τῶν τεχνῶν, καὶ αἱ ἱστορίαι συλλαμβάνονται, ἡ αὐτῶν γνῶσις ὥσπερ θύρα καὶ κλεῖς τίς τυγχάνει οὖσα, οὗ πρὸς τὴν τῶν παιδειῶν ἐπιστήμην ἡ πρόσοδος ἀνοίγεται. Πρὸς δὲ τὸν ἡμέτερον λόγον καλῶς μορφοῦν, χωρὶς τῶν τοῦ λέγειν τε-

Τὰ πρὸς τὸν λόγον ὀρθῶς μορφῶσαι ἀναγκαῖα.

χνῶν καὶ φύσις ἐπιτηδεία, καὶ τῶν συγγραφέων ἐλλογίμων ἀνάγνωσίς τε καὶ μίμησις, καὶ τοῦ λέγειν καὶ γράφειν ἄσκησις συνεχής, μάλιστα ἀναγκαῖα ἐστί. Μ. Ἐπειδὴ περὶ δὲ τὰ τῶν τοῦ λέγειν τεχνῶν παραγγέλματα οὐ τέλος τῆς ἡμετέρας περὶ γράμματα σπουδῆς ἐστὶν ἀλλ' ὄργανα μόνον, ὧν ἐν ταῖς μεγίσταις τέχναις, ταῖς τῆς σοφίας καὶ τῆς λογιότητος πάσας συλλαβούσαις, καὶ τὸν βίον ἀνθρώπινον κυβερνούσαις καὶ διασωζούσαις, ἡμῖν προσδεῖ,

Πόσον χρόνον περὶ τὰς τοῦ λέγειν τέχνας διατρίβειν δεῖ.

ὥσπερ σὲ ποτὲ ἐν τῷ διδάσκειν διαλεγόμενον μέμνημαι, παρὰ σοῦ πυθέσθαι ἐπιθυμῶ, πόσον χρόνον περὶ ταύτας τέχνας διατρίβειν δεῖ; Δ. Καλῶς με ὑπέμνησας, ὦ νεανίσκε, οὐ μὲν γὰρ πρέπει ὅλον τὸν βίον ἐν τῷ παρασκευάζειν τὸ τῆς διαλεκτικῆς καὶ ῥητορικῆς ὄργανον, κατατρίβειν, ἀλλὰ τοὺς μεμαθηκότας τὰ παραγγέλματα πρὸς τὸ καλῶς φρονεῖν καὶ λέγειν ἀναγκαῖα ὄντα (ἃ μὲν ἐὰν γε δὴ φιλομαθεῖ νεανίσκῳ πιστὸν καθηγητὴν ἔχειν συμβαίνῃ ἐντὸς ἑνὸς ἔτους διδαχθῆναι ῥαδίως οἷά τε ἐστὶ) ταχέως

Ἡ χρῆσις καὶ ἄσκησις ἀναγκαία.

πρὸς τὸ κράτιστον τῶν τεχνῶν τῶν τὴν σύνεσιν ἐχόντων βαδίζειν, καὶ τὴν τῶν παραγγελμάτων ἄσκησιν προστιθέναι δεῖ. Μ. Τοιγαροῦν ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις τῶν τεχνῶν μηχανικῶν, οὕτω καὶ ἐν ταῖς περὶ τὰ γράμματα σπουδαῖς, νομίζεις τὴν χρῆσιν καὶ ἄσκησιν τεχνικοὺς ἐξεργάζεσθαι; Δ. Μάλι-

στα,

themata complectimur. *Discipulus.* Ad orationem aliorum intelligendam, & ad nostram rectè formandam, quid præcipuè requiritur? *Præceptor.* Orationem in sapientium & eloquentium autorum scriptis sacris & prophanis, rectè intelligere docent, Artes dicendi, Grammaticæ in primis Linguæ Latinæ & Græcæ & Ebrææ. Quarum LINGUARUM monumentis cum præcipuè artes & Historiæ contineantur, COGNITIO earum velut Janua & CLAVIS est, quâ ad Doctrinarum scientiam aditus aperitur. Ad nostram verò orationem rectè formandam, præter dicendi artes, Natura idonea, & scriptorum Eloquentium lectio, atque imitatio, & dicendi ac scribendi exercitatio assidua imprimis necessaria est. *Discipulus.* Cum autem dicendi Artium præcepta non finis studiorum nostrorum sint, sed instrumenta tantummodo, quibus in summis illis Artibus, quæ Sapientiæ & Eloquentiæ fontes continent, & vitam humanam gubernant ac tuentur, nobis opus est, ut te aliquando inter docendum disserere memini; ex te scire cupio, quantum temporis artibus istis tribuendum sit? *Præceptor.* Rectè me mones, Adolescens. Non enim tota ætas in Dialecticæ & Rhetoricæ instrumento comparando assumi debet; sed cognitis præceptis ad rectè de rebus judicandum & dicendum necessariis (quæ si fidelis monstrator studioso Adolescenti contingat, intra unum annum percipi & cognosci facilè possunt) statim ad summas artium, quæ rerum Doctrinam continent, progrediendum, & Exercitatio præceptorum adjungenda est. *Discipulus.* Ergo ut in cæteris artibus mechanicis, ita in studiis doctrinarum, judicas artifices, qui faciat, solum usum esse? *Præceptor.* Maxime, præsertim

Grammatica.

Ad orationem rectè formandam quæ necessaria sint.

Quantũ temporis dicendis artibus tribuendum.

Usus & exercitatio necessaria.

σα ἄλλως τε ἐὰν φύσις οὐκ ἄμουσος, καὶ διδάσκαλος χρήσιμος, ἢ κυβερνήτης πιστὸς, καὶ τῆς ἀσκήσεως ἔμπειρος παραγγένηται. Μ Τοῦ τῆς περὶ τὰ γράμματα σπουδῆς τέλους δηλωθέντος, ὃ μὲν τὴν σοφίαν καὶ ἐλλόγιμον εὐσέβειαν εἶναι ἔλεξας· τί πρὸς τούτοις ποιητέον; Δ Πρῶτον μὲν κατὰ τάξιν νόμιμον ἣν καθηγητὴς πιστὸς καὶ τῆς ἐμπειρίας τετυχηκὼς δείξει, δεῖ τὰς τέχνας τὰς τῷ βίῳ χρησίμους, μαθεῖν καὶ ὡς διὰ κλίμακος, ἀπὸ τῶν κάτω ἐπὶ τὰς ἄνω μεταβαίνειν. Μ Ἴσως οἱ πάλαι σοφοὶ τούτου ἕνεκα τοὺς τίτλους ἐν ταῖς σχολαῖς διέταξαν, καὶ αὐτὰς τὰς τέχνας διένειμαν, ἵνα δηλαδὴ ἑκάστας ὥσπερ εἰς τάξεις κοσμίως διῃρημένας ἐφεξῆς καὶ εὐκαίρως μανθάνειν ῥᾶον οἱ νεώτεροι δυνηθῶσι. Δ. Καλῶς σὺ μὲν φρονεῖς, ἀδύνατον γὰρ κατὰ Ξενοφῶντα, πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον, ταῦτα καλῶς ποιεῖν. Καὶ σοφὸς πάνυ ὁ τοῦ Πλάτωνος νόμος, ὃς ἕκαστον τῶν πολιτῶν μίαν τέχνην μόνον μαθεῖν, καὶ ἄλλους διδάσκειν κελεύει· ἥντινα οὖν τέχνην οἱ νεανίσκοι κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ παιδαγωγοῦ μανθάνειν προαιρήσονται, ταύτην ἀπαρχῆς ἐξ ἑνὸς βιβλίου μόνου, τοῦ μεθοδικῶς τὴν τῆς τέχνης περιοχὴν εἰς ῥητοὺς τόπους μεριζομένην, δηλοῦντος, μαθέτωσαν, μηδὲ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως βιβλία εἰσοράτωσαν, πρὶν αὐτὸ εἰς ἀκριβῆ μνήμην τιθῶσι. Μ Ὅσα περὶ τοῦ τὰς τῶν τεχνῶν περιοχὰς καὶ κεφάλαια ἐξ ἑνὸς μόνου βιβλίου, πεπαιδευμένως γεγραμμένου, μαθεῖν διελέχθης, ταῦτα πάντα πᾶσιν ἐπαληθεύω. Νῦν δὲ τί ἐν τῶν εὐδοκίμων συγγραμμάτων ἀναγνώσει ποιητέον ἐστὶ, παρὰ σοῦ πυθέσθαι ἐπιθυμῶ. Διδάσκαλος. Ἐν τῷ τὰ συγγράμματα χρηστῶς ἀναγνῶναι (ὡς περὶ τῆς σπουδαίας ἀκροάσεως, καὶ τῆς οἰκείας ἐπαναλήψεως, ἧς οὐδαμῶς ἀμελητέον, οὐκ εἰπεῖν) μέγα συμφέρει, κοινοὺς τόπους διὰ τάξεως διανενεμημένους ἔχειν, πρὸς οὓς ἅπαντα τὰ

ἐν

Ῥητῇ τάξει ...ας τέχνας μαθεῖν δεῖ.

Οἱ τίτλοι ἐν σχολαῖς διὰ τί διατεταγμένοι.

Ἐξ ἑνὸς μόνου βιβλίου τὰ τῶν τεχνῶν ...ατα μαθητέον.

Προσήκει συντάττειν κοινοὺς τόπους φιλοσοφικούς.

fertim si natura idonea, si Magister boni judicii, seu gubernator exercitationis usu peritus & fidelis accedat. *Discipulus.* Constituto igitur fine studiorum, quem sapientem & eloquentem pietatem esse dixisti, quid porro agendum est? *Praeceptor.* Primum ordine certo, quem fidus & usu peritus praeceptor monstrabit, artes vitae necessariae discendae, & velut per gradus scalarum ab inferioribus ad superiores transeundum est. *Discipulus.* Fortasse eo consilio sapiens antiquitas gradus in scholis instituit, & artes ipsas distinxit, ut videlicet singulas velut in classes suo loco distributas, ordine & tempore conveniente, facilius & rectius percipere juvenilis aetas possit. *Praeceptor.* Rectè sentis. Nam impossibile est, ut quis multa simul faciat, & eadem rectè, ut verissimè Xenophon dixit. Et sapientissima lex est Platonis, quae unumquemque civem, unam tantummodo artem discere & profiteri jubet. Quare quamcunque artem adolescentes de consilio Praeceptoris discere instituent, eam initio ex unico tantum libello, qui eruditâ methodo summam artis in locos certos distributam explicet, cognoscant: nec alios interea ejusdem argumenti libellos in manus sumant, priusquam illum edidicerint. *Discipulus.* Quae de summis artium, ex unico tantum libello methodice conscripto, discendis asseruisti, illa mihi omnia probantur. Nunc porro quid mihi in lectione bonorum Authorum praecipue agendum sit, ex te audire cupio. *Praeceptor.* In lectione Authorum (ut de diligenti auscultatione & privatâ repetitione, quae nullo modo negligenda est, nihil dicam) utilissimum est, Locos communes, certo ordine distributos habere, ad quos omnia quae in

Ordine certo artes discendae sunt.

Gradus in scholis cur instituti sint.

Ex unico tantum libello summa artium discenda.

Instituendi Loci communes Philosophici.

ἐν τῇ συγγραφέων ἀναγνώσει τὰ ἀγαθῷ ὑπερέχοντα καὶ ἀξιομνημόνευτα ἅπαντα, δεῖ παρασημειοῦν, καὶ ὥσπερ εἰς ῥητὴν τάξιν διανέμειν. Μ. Ἀλλὰ ταύτῃ παραινέσει σου περὶ τοῦ ἀθροῖσαι κοινοὺς τόπους ἐν βιβλίῳ τὸ τοῦ Πλάτωνος ἐν Φαίδρῳ ἐναντιοῦσθαι δοκεῖ, δηλοῦν ὅτι τὰ γράμματα λήθην καὶ ῥαθυμίαν μᾶλλον, ἢ μνήμην καὶ διδαχὴν ἐν τῶν μαθόντων ψυχαῖς παρέχει. Μέμνημαι καί σε ταύτην τὴν γνώμην πολλάκις διὰ στόματος ἔχοντα· τοσοῦτον ἕκαστος εἰδέναι οἴεσθαι, οὐχ ὅσον ἐν τοῖς βιβλίοις γεγραμμένον φυλάττει, ἀλλὰ ὅσονπερ εἰς ἀκριβῆ μνήμην ἔθηκε, καὶ ὅταν τὸ πρᾶγμα καὶ χρῆσις ἀπαιτεῖ, πρόχειρον ἔχει. Δ. Ταῦτα μὲν, ὡς λέγεις, οὕτως ἔχει, ἀλλ' ὅμως ὅ σοι ἀποκρίνομαι, ἔχων τυγχάνω. Καίπερ ὅσα μὲν ἕκαστος μεμνῆσθαι καὶ εἰδέναι ἐθέλει, οὐκ εἰς τὰ χαρτία, ἀλλ' εἰς τὴν ψυχὴν ἐγγραφῆναι δεῖ, ὅμως οὗτοι οἱ μηνυταὶ καὶ θησαυροὶ τῶν κοινῶν τόπων, πρὸς τὸ μνημονεύειν ὅσα πρότερον ἀνέγνωμεν, ἢ ἐμάθομεν, μέγα ὠφελοῦσι καὶ ὡς εὐπορώτατον ταμεῖον ἐστιν, ἐξ οὗ περιττῶς βέλτιστα πράγματα, καὶ γνώμας, καὶ ὁμοιότητας, καὶ ἱστορίας, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, ὅτε περί τινος λόγου ποιεῖσθαι, ἢ γράφειν δεῖ, προχειρίζεσθαι φιλομαθεῖς τῶν νεανίσκων δυνήσονται. Μ. Περὶ

Ἡ μνήμη φύλαξ τῆς παιδείας.

τῆς μνήμης οὖν, ἣν Πλούταρχος τῆς παιδείας ταμεῖον ὀνομάζει, τί εἰδέναι προσήκει; Δ. Ἄριστος φύλαξ καὶ θησαυρὸς τῆς παιδείας ἡ μνήμη ἐστίν, ἐν ᾗ τὸ ἐπικοσμῆσαι ταύτην καὶ τὸ συνεχεῖ τοῦ ἐκμαθεῖν πόνῳ αὐτὴν στηρίξαι, ἑκάστας ἡμέρας οἱ περὶ φιλοσοφίαν ὄντες ῥητὸν χρόνον διατρίβειν ὀφείλουσι. Μ. Περὶ δὲ τῆς τοῦ μνημονεύειν τέχνης, περὶ ἧς Σιμωνίδην τὸν Χῖον, καὶ ὕστερον ἄλλους τινὰς παραγγέλματα παραδεδωκέναι ἀκούω, τί λέγεις; Δ. Εἶναι ὁμολογεῖται τὴν

Ἡ τοῦ μνημονεύειν τέχνη.

μνήμην βοηθεῖσθαι τῇ διαίτῃ, καὶ τῇ σώματος εὐεξίᾳ, καὶ τόπῳ ἀψόφῳ, καὶ χρόνῳ ἑωθινῷ, καὶ σημείοις ῥητοῖς, ὅμως βελτίστη καὶ ἀκριβεστάτη τῆς

in lectione Autorum insignia & cognitione digna occurrunt, annotentur; & velut in classes certas digerantur. *Discipulus.* Sed huic admonitioni de colligendis in certum Librum Locis communibus, dictum Platonis in Phædro refragari videtur, quod monet, literas & scripta oblivioni & desidiæ magis occasionem, quàm memoriæ & Doctrinæ præsidium adferre. Memini etiam te crebris usurpare sermonibus hanc sententiam; Tantum unusquisque se scire existimet, non quantum in libris scriptum adservat, sed quantum memoriâ fideliter tenet, & ubi res ac usus postulat, promptum habet. *Præceptor.* Vera quidem sunt quæ dicis; sed tamen habeo, quod respondeam. Etsi illa quæ quis meminisse & scire cupit, non chartis, sed animo inscribere debet; tamen hi indices & thesauri locorum ad recordationem eorum, quæ anteà legimus aut didicimus, plurimum prosunt, & velut instructum penu sunt, ex quo copiam optimarum rerum, sententiarum, similitudinum, historiarum, & hujus generis alia, cum de re aliqua dicendum aut scribendum est, depromere studiosi adolescentes possunt. *Discipulus.* Quid igitur de memoria, quam Eruditionis promptuarium Plutarchus nominat, sciendum est? *Præceptor.* Præcipuus custos, & Thesaurus eruditionis est memoria, cui excolendæ, & assiduo ediscendi labore formandæ, singulis diebus certum tempus tribuere singuli studiosi debebunt. *Discipulus.* De arte autem memoriæ, de qua Simonidem Chium, & postea alios nonnullos certa quædam præcepta tradidisse audio, quid dicis? *Præceptor.* Etsi juvari memoriam diætâ, & bonâ valetudine, & loco silenti, & tempore matutino, & notis certis, constat; tamen ars memoriæ

Memoria custos eruditionis.

Ars memoriæ.

Ἡ βελτίστη καὶ ἀκριβεστάτη τῆς μνήμης τέχνη.

μνήμης τέχνη ἐστί. τὸ πολλὰ καθ' ἡμέραν ἐκμαθεῖν, καὶ ταῦτα συνεχῶς ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβεῖν, καὶ ἅμα χρῆσθαι πρὸς τὸν βίον. Ἐὰν γὰρ τῆς μνήμης ἀμελῶσιν οἱ μαθόντες, καὶ ἀργίᾳ, ἢ σχολῇ, ἢ ῥαθυμίᾳ, ἢ τρυφαῖς αὐτὴν ἐκνωδείσωσιν, οὐχ ἧττον κενὸς καὶ μάταιος ὁ τοῦ μαθεῖν πόνος ἔσται, ἢ ἐὰν εἰς ὕδωρ γράφωσιν, ἢ εἰς ψάμμον σπείρωσι. Διόπερ ἐκ τῶν πρώτων καὶ πάνυ ἀναγκαίων μερῶν τοῦ περὶ τὰ γράμματα σπουδάζειν εἶναι νόμιζε, τὴν τῆς μνήμης συνεχῆ καὶ συχνὴν ἄσκησιν, καὶ τὸν τοῦ πολλὰ ἐκμανθάνειν πόνον. Μετὰ δὲ τὴν τῆς μνήμης ἐργασίαν, ἣν μάλιστα τῆς συνέσεως φύλακα εἶναι φημὶ, πολὺ πρῶτον καὶ παντάπασιν ἀναγκαῖον τῆς ἀληθινῆς παιδείας ὄργανόν ἐστιν ἡ σπουδαία καὶ συνεχὴς τοῦ γράφειν ἄσκησις, πρὸς μίμησιν καὶ ἰδέαν τῶν σοφῶν, καὶ φανερῶς, καὶ ἐπιχαρίτως λεγόντων, διαπεπονημένη. Ὥσπερ οὖν ὁ Ἀπελλῆς, ὁσάκις οὐδὲν τῆς ἑαυτοῦ τέχνης ἐξειργάσατο, ὡς τὴν τῆς ἡμέρας ἀποβολὴν πενθῶν, λέγειν εἴωθε, σήμερον οὐδεμίαν γραμμὴν ἤγαγον· οὕτως οἱ σπουδαῖοι τῶν νεανίσκων οὐδεμίαν ἡμέραν ἐάσωσι παρελθεῖν, ἐν ᾗ οὐκ ἐπιστολὴν, ἢ λόγου μέρος, ἢ ᾠδάς τινας συντιθέωσι. Πρὸς ταύτην τὴν γραφικὴν ἄσκησιν ἐὰν τὰ ὠφελιμώτατα τοῦ παρασκευάσαι τε καὶ στεῖξαι τὴν παιδείαν ὄργανα, ἤγουν αἱ ἐπαναλήψεις καὶ ἐξετάσεις, ἔτι δὲ αἱ διαλέξεις καὶ μελέται σχολαστικαὶ προσέλθωσιν, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ (τοῦ Θεοῦ τὸν πόνον ἡμῶν εὐλογοῦντος) ἡ σύνεσις, καὶ ἡ τοῦ λέγειν καὶ γράφειν δύναμις, ἣν ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου τοῦ ἡμετέρου τέλος τῶν ἔργων ἡμῶν εἶναι ἐλέξαμεν, ἀκολουθήσει.

Ἡ τοῦ γράφειν ἄσκησις σπουδαία καὶ συνεχὴς ἀναγκαία.

Ἐπαναλήψεις. ἐξετάσεις, διαλέξεις, μελέται, οὐ δεῖ ὑπερορᾶν.

Ἐκ πάντων δὲ τῶν εἰρημένων ῥαδίως καταμαθεῖν ἐστιν, ὅτι οὐ φιλομαθὴς σχολαστικός ἐστιν, ὅστις ἀλόγως καὶ ἀτάκτως περὶ τὰ γράμματα σπουδάζει, καὶ καθ' ἡμέραν πάσας ἐν σχολῇ ἀναγνώσεις ἀκρίτως ἀκροᾶται, καὶ πάντα τῶν καθηγητῶν ῥήματα συῤῥάπτει, καὶ ῥαψῳδίας πολλὰς

Φιλομαθὴς σχολαστικὸς τίς.

πολλὰς

memoriæ omnium optima et certisſima eſt, multa aſsiduè ediſcere, et mandata memoriæ ſæpè repetere ac ad uſum transferre. Si enim memoriam negligent diſcentes, et otio, deſidiâ, torpore aut deliciis enervari ſinent, non minus inanis et ſupervacaneus diſcendi labor erit, quàm ſi in aquâ interea ſcriberent, aut arenæ ſemina mandarent. Quare unam ex præcipuis et maximè neceſſariis ſtudiorum partibus eſſe ſtatuas, frequentem et aſsiduam memoriæ exercitationem, et multa ediſcendi laborem. Poſt culturam memoriæ, quam dixi potiſsimum rerum cognitionis ſeu ſapientiæ cuſtodem eſſe, præcipuum et maxime neceſſarium veræ et ſolidæ eruditionis inſtrumentum, eſt ſtyli exercitatio diligens et aſsiduus, ad imitationem ac formam eorum, qui prudenter et perſpicue et eleganter locuti ſunt, directa. Ut igitur Apelles, quoties nullum ſuæ artis opus feciſſet, velut deplorans jacturam diei, dicere ſolebat, Nullum hodie lineam duxi; ita ſtudioſi adoleſcentes nullam diem elabi ſinant, in qua non vel epiſtolam, vel orationis partem, vel verſus aliquot connectant. Ad hanc ſtyli exercitationem ſi utiliſsima parandæ et confirmandæ Doctrinæ inſtrumenta, videlicet repetitiones & examina, item, diſputationes & declamationes ſcholaſticæ acceſſerint, non dubium eſt, quin Deo fortunante labores noſtros, recte judicandi, & dicendi ac ſcribendi facultas, quam initio hujus ſermonis noſtri finem ſtudiorum noſtrorum eſſe diximus, ſecutura ſit.

Quanã omnium optima & certiſsima ſit.

Styli exercitatio diligens & aſsidua neceſſaria. Repetitiones, Examina, Diſputationes, non ſunt negligenda.

Ex omnibus autem quæ dicta ſunt, facile vides, quod diligens Scholaſticus non ſit, qui in ſtudiis ſine certa ratione & ordine vagatur, qui omnes in Schola lectiones quotidie ſine judicio audit, omnia dictata excipit, & rapſodias

Diligens Scholaſticus quis ſit.

prolixas

πολλὰς σελίδας ἀναγινώσκει καὶ διὰ πολλῶν συγγραφέων πλανᾶται· ἀλλ' ὃς τὸ πρῶτον τὸ τέλος καὶ τὸν σκοπὸν, εἰς ὃν περὶ τὰ γράμματα σπουδὴν συντείνειν δεῖ, συνετῶς προορᾷ, εἶτα δὲ τὰ πρὸς τὸ ἐπιτυγχάνειν τούτου τοῦ τέλους ἀναγκαῖα νουνεχόντως προαιρεῖται. μετὰ ταῦτα δὲ, ἐν τῷ ταῦτα παρασκευάζειν καὶ φυλάττειν ἐνθύμησιν, καὶ σπουδὴν, καὶ μελέτην, καὶ συνέχειαν, καὶ πόνον ὑπομένει. Ἀλλ' ἐξαρκούντως νῦν εἴρηται περὶ τούτων. Ἐγὼ μὲν, ὅσα τοῦ ὀρθῶς μανθάνειν καὶ εὐθύνειν τῆς περὶ τὰ γράμματα σπουδῆς, ἅμα μὲν παρ' ἀνδρῶν τῆς παιδείας ἀληθῶς τετυχηκότων, παραδοθέντα μέμνημαι, ἅμα δὲ ἰδίᾳ ἐμπειρίᾳ καὶ συνεχεῖ τοῦ μαθεῖν χρήσει γνωσθέντα ἔσχηκα, τούτων σοὶ ἀφθόνως καὶ πιστῶς μεταδέδωκα. τῷ δὲ Θεῷ εὔχομαι, ταῦτά σε τὰ μέγιστα ὠφελῆσαι ποιεῖν.

M. Ὅσα τε, ὦ διδάσκαλε κράτιστε, περὶ μὲν τοῦ τέλους τῆς ἐν τοῖς γράμμασι σπουδῆς, καὶ περὶ τῆς τοῦ μανθάνειν τάξεως καὶ περὶ τοῦ τὰ κεφάλαια τῶν τεχνῶν ἐξ ἑνὸς βιβλίου, μεθοδικῶς γεγραμμένου μαθεῖν· καὶ τοὺς κοινοὺς τόπους συλλέγειν, καὶ περὶ τοῦ τὴν μνήμην ἀσκῆσαι, καὶ περὶ τῆς ἀσκήσεως γραφικῆς, καὶ περὶ τῶν ἐπαναλήψεων, καὶ ἐξετάσεων, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις περὶ τῶν διαλέξεων καὶ μελετῶν σχολαστικῶν, νουνεχόντως καὶ εὐσχημόνως διελέχθης ταῦτα σοῦ ἡδέως ἀκήκοα, ὡς ἐλπίζω ἐκεῖνα μὴ μόνον ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πλείστοις ἄλλοις οἷς τούτων μεταδοῦναι μέλλω, μάλιστα συνοίσειν ἐπιστάμενος δὲ ὅτι διδασκάλοις τοῖς τῆς σοφίας ἀληθινῆς κοινωνήσασι, ἰσόρροπος τιμὴ καὶ μισθὸς οὐκ ἀντιδώοιτο, τὸν Θεὸν τὸν παντὸς ἀγαθοῦ καὶ παιδείας σωτηρίου αἴτιον ὄντα, ὡς δύναμαι μάλιστα ἱκετεύω, σοὶ ἀξίαν χάριν, ὧν εὖ πέπονθα ὑπό σου, ἀποδοῦναι, καὶ τοὺς πόνους ἡμῶν εὐθύνειν, καὶ βοηθεῖν, καὶ πάντας ἡμᾶς διδάσκειν τε καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς σωτήρια μανθάνωμεν καὶ διδάσκωμεν. Ἀμήν.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΔΙΑΛΟΓΩΝ.

prolixas coacervat, vel quotidie magnum numerum paginarum perlegit, & per multos ac varios autores grassatur; sed qui primum finem & metam, ad quam dirigenda sint studia, prudenter prospicit; deinde media, ad finem illum assequendum necessaria, rectè eligit; postea in mediis illis parandis & tuendis præstat intentionem animi, curam, vigilantiam, assiduitatem & laborem. Sed de his quidem hactenus. Ego quæ de ratione discendi & studiis rectè instituendis partim à doctissimis viris tradita esse memini, partim propriâ experientiâ, & assiduo usu discendi cognita habui, ea tibi libenter & fideliter impertivi, quæ ut tibi magno usui sint, Deum toto pectore precor. D. Quæ tu, præstantissime præceptor, de fine studiorum nostrorum, de ordine certo discendi, de summis artium ex uno aliquo libello methodicè scripto discendis; de colligendis Locis communibus; de excolenda memoria, de exercitatione Stili, de repetitionibus & examinibus; idem de disputationibus & declamationibus Scholasticis, prudenter & graviter disseruisti, hæc tanta cum voluptate audivi, ut sperem illa non solum mihi, sed & plurimis aliis, cum quibus ipsa communicare decrevi, utilissima fore. Cum autem sciam, Præceptoribus, qui veram sapientiam nobis impertiunt, parem honorem & pretium à nobis referri non posse, Deum fontem omnis boni & doctrinæ salutaris toto pectore oro, ut tibi pro tuis in me amplissimis beneficiis cumulate gratiam rependat, & labores nostros gubernet & adjuvet, & nos omnes doceat & regat, ut Christo grata, & Ecclesiæ ipsius, ac nobis salutaria discamus & doceamus. *Amen.*

FINIS COLLOQUIORUM.

IN
ORATIONEM CLARISSIMI VIRI,
D. Johannis Posselii
EPIGRAMMA.

Maxima pars hominum non cernit quomodo vivat;
Cum vixit, primum vivere discit homo.
Maxima pars juvenum non cernit quomodo discat;
Discere discit, ubi se didicisse negat.
Lex divina piæ nobis sit regula vitæ,
Regula discendi ritè sit ordo bonus.
Hæc quam perspicuis pingens Oratio signis
Auro est digna, Cedro digna, probanda Scholis.

Johannes Frederus, D.

DE

DE RATIONE DISCENDÆ AC docendæ Linguæ Latinæ & Græcæ,

ORATIO

Johannis Posselii.

CUm multa ſapienter à majoribus noſtris inventa atque inſtituta ſunt, tum nihil præclarius, quàm quod in publicis hiſce congreſſibus, non ſolum idoneis hominibus, honeſta vitæ ac eruditionis teſtimonia tribui, ſed etiam de rebus bonis orationes haberi voluerunt, quibus auditis, juvenes partim de ſuſcipiendâ & ingrediendâ ſtudiorum ratione, rectè erudirentur: partim

ad amorem literarum & virtutis excitarentur, partim sponte currentes exacuerentur. Non enim ad ostentationem eloquentiæ aut doctrinæ orationes nostras recitamus. Sed ut imperator bonus & industrius instructâ acie, tyronibus certa quædam pugnandi præcepta dat, perterritos à timore deducit, & paratos ac fortes milites ad strenuè pugnandum hortatur; ita nos in hisce conventibus & imperitiores doceri, & languentes excitare, & paratos ac pleno gradu ingressos, ad verum decus inflammare solemus. Hi fines cum nobis in dicendo propositi sint, non dubium est, quin omnes sapientes viri, cum multos alios veteres & honestos mores, tum hos scholasticos gradus & spectacula Promotionum, in quibus de ejusmodi bonis rebus disserimus, magni faciant, colant, & omnibus modis ornanda ac conservanda esse putent.

Cum autem mihi hoc tempore officii ratio dicendi necessitatem imponat, & Encomia hominum præstantium, ac rerum, omnium consensione laudatarum, item παραινέσεις & adhortationes utiles ab aliis, qui Eloquentiâ valent, sæpe hic recitatæ sint, breviter indicare decrevi, quâ ratione Lingua Latina & Græca commodè discenda & docenda sit. Hoc Argumentum, etsi oratorem plenum atque perfectum requirit, tamen cum non tam verba & actio dicentis, quàm res, quæ dicuntur, spectandæ sint, dicam de hac materia illa, quæ partim ipse longo usu, partim aliorum prudentium hominum judicio ac testimonio edoctus, vera esse, & cum re ipsa congruere, judicabo. Ac à vobis, clarissimi viri, & studiosi juvenes, amanter peto, ut me, quod vestra sponte

Locus docilitatis.

ſponte facitis, benignè attentéque audiatis. Perficiam enim, Deo juvante, ut me de re tam utili, & neceſſaria, non omnino ineptè aut perperam dixiſſe fateamini.

Partitio propoſitionis in quatuor membra

Primùm autem mihi videtur de tempore, quo pueri in ſcholas Latinas ducendi, & qui labores ipſis imponendi ſint. Deinde de exercitiis ſcribendi, & ratione emendandi ſcripta. Poſtea quando Græca proponi, & quo ordine & modo illa tradi debeant. Poſtremò de exercitiis Græcis eſſe dicendum.

1. Membrum.

Pueri literis adhibendi ſunt anno ætatis ſexto vel ſeptimo, ſi omnino fieri poteſt. Tunc enim ingenia non planè ſtupida & tarda, ad percipiendam doctrinam idonea ſunt. Et ſimul ac Latina legere noverunt, proponendæ ſunt illis octo partes Orationis ex puerili aliquo libello compendioſè ſcripto, & aſſueſiant ad ediſcenda paradigmata Declinationum & Conjugationum, & vocabula rerum ex compendio Hadriani Junii, aut ſimili libello, cujus Germanica verſio cum puerorum idiomate congruat. Quorſum enim attinet, pueros, pſittaci more verba non intellecta reddere, & eos inutili labore onerare? His addatur Cato, & ſimilia dicta ſententioſa, ex proverbiis Salomonis & Syracidæ, propriè & Latinè redditis, (hi duo enim Autores, omnes Gnomologos ſcriptores & rerum bonitate, & figurarum venuſtate longè ſuperant) quæ pueris propriè & perſpicuè explicentur, & in cujus repetitione ſingulæ voces examinentur, ut & partes Orationis probè noviſſe, & exactè Nomina & Verba inflectere pueri diſcant.

In his cum annum unum aut alterum exercitati sunt; proponenda est illis Grammatica Latina, breviter & nervose summam artis continens, quæ assidue tractanda, inculcanda, & exemplis ex probatis Autoribus desumptis, illustranda est. Neque in his præceptis nimis diu magister immorabitur, ut & quidem aliquando fit, & ego memini, in quadam Schola, integro quinquennio Grammaticam ad finem perductam esse, cum industrius præceptor sex mensium spatio eam facile absolvere possit. Neque propter aliquos hebetes & stupidos, alii bonæ indolis pueri negligendi sunt. Sæpè enim magistri unâ & eâdem operâ, multis, iisque diversi progressus discipulis, inservire volentes, alios bono ingenio præditos, remorantur & impediunt. His igitur qui jam superiorem classem ascenderunt, Epistolæ Ciceronis, & similia scripta, proponenda sunt.

Refutatio opinionis quorundam.

Grammatica præcepta accurate discenda sunt.

Ut autem pueri non nimis diu in discendis præceptis Grammatices detinendi sunt; sic damnanda & explodenda est illorum sententia, qui liberalia ingenia labore ediscendi præcepta, non oneranda sed Linguam Latinam lectione bonorum autorum tantum discendam esse dicunt. Etsi enim præcepta & regulæ Grammaticæ ad rectè loquendum & scribendum non sufficiunt, tamen propter maximas & necessarias caussas, diligenter & accuratè disci debent.

Quid secundæ classis pueris in explicatione autorum præcipue indicandum sit.

Et quia his pueris, quos secundæ classis auditores nomino, non tam sapientiæ seu rerum, quam orationis formandæ causâ, Autores proponuntur, præceptor, ut singulari diligentiâ vim & significationem

tionem, ac pondera verborum, item similium seu Synonymorum differentias, phrases, compositionē & similem effingendæ orationis rationem pueris monstret, operam dabit. Quod quo rectius & commodius fieri possit, ostendat in scriptis Ciceronis, quæ locutiones à materna lingua discedant, quomodo hanc vel illam sententiam Germanicè explicaremus, item in quibus vernaculum linguam imitemur, in quibus vero non: ut hac ratione latinitatem à germanismis separare, & pure & eleganter Latine loqui & scribere, ac Ciceronis scripta imprimis amare pueri discant, memores dicti Quintiliani; ille sciat se multum profecisse, cui Cicero valdè placebit.

Ante omnia autem cavendum est, ne sine discrimine scriptores prælegantur, & pueri varia, & multiplici Autorum auditione turbentur; Constat enim plerosque Autores, non solum toto orationis genere; sed etiam vocibus & loquendi modis inter se dissimilimos esse.

Non varii autores pueris proponendi.

Quod multi boni viri hoc nostro tempore, qui magnum laborem & studium in scientia aliqua præclara & utili posuerunt, priventur tamen vera illa gloria, quod non literata oratione, ea quæ tenent, proferre, vel literis mandare possint, nulla alia causa est, quam infelicitas primæ ætatis, quæ aptis lectionibus & necessariis exercitiis, ad linguam Latinam informata non est.

Audio doctissimum virum Johannem Capnionem interrogatum, cur hoc tempore homines non

Capnionis dictum.

tam docti essent, quàm temporibus Ciceronis & Quintiliani, respondisse, Illos tunc habuisse paucos libros, eosque bonos, quos diligenter & assidue legendo sibi familiarissime cognitos fecissent; nunc autem se obruere homines varietate & copia librorum. Si vere cogitare volumus, non omnino erravit Capnion. Nusquam enim est, qui ubique est. Et qui, quo destinavit pervenire vult, unam sequatur viam, non per multas vagetur: non ire istud, sed errare est, ut verè & sapienter Seneca dixit. Quare explosa è ludis puerorum præcipue Autorum multitudine, unum genus sermonis, idque optimum proponatur, in quo tantisper detineatur dum omnia pure & Latinè proferre & autoris vim ac elegantiam loquendo & scribendo utcunque exprimere possint: Et dum ad alios veteres & recentiores Scriptores tuto admittentur, quos non minori cùm utilitate quàm judicio pervolutabunt.

Exercitiū Latine loquendi in Scholis necessarium.

De exercitio Latinè loqnendi hic non dicam. Sciunt enim viri docti & sapientes, id omnino necessarium esse, & sine magno discentium incommodo negligi aut omitti non posse. Qualia autem exercitia pueris proponenda sint, paucis indicabo, si prius quibus virtutibus ludimagistri & pædagogi præditi esse debeant, dixero.

Primum necesse est eos, qui alios utiliter erudire volent, Latine doctos esse: & vias ac rationes docendi expeditissimas tenere; & humanitate ac facultate delectandi & excitandi pueros valere.

Quomodo

Quomodo enim poteſt alios docere qui ipſe purè & emendatè loqui nec poteſt, nec id ipſum loquendo & pronuntiando præſtare, quod à ſuis diſcipulis requirit?

Deinde cum maximam vim habeat ad felicem in ſtudiis progreſſum via & ratio docentis, prudens Magiſter omnia dextrè & explicatè proponet, & diſcipulos in illis, quæ propoſita ſunt, utiliter exercebit; id autem, quomodo fieri debet, ſuo loco clarius oſtendemus.

Quantum vero Humanitas præceptoris & alacritatis & amoris erga bonas literas adfert, tantum ſævitia & crudelitas teneros & imbecillos animos frangit, & à ſtudiis deterret. Quare meminerint præceptores, ſe erga diſcipulos, ut erga filios, affectos eſſe oportere, nec vel nimia auſteritate, vel plagis, vel diris execrationibus, igniculum à Natura datum extinquere, ſed potius comitate paterna excitare, & inflammare debere.

Occupatio.

Neque vero hæc ita accipienda ſunt, quaſi puer ignavi & contumaces debita pœna co rcendi non ſint, aut virgis in Scholis omnino non ſit utendum, ut quidem nonnulli exiſtimant. Nam ut pius & φιλόστοργος pater educat liberos ſuos, non ſolum per παιδείαν, ſeu Doctrinam, ſed etiam per συνήθειαν, hoc eſt, per aſſuefactionem, quotidiana exercitia, exempla, & tempeſtivas caſtigationes (nam hæc quatuor appellatione diſciplinæ continentur; & memor dicti Salomonis: Pater qui parcit virgæ, odit filium ſuum: pueros petulantes

lantes ferula cædit, eamque in conspectu liberorum collocat, ut semper incurrens in oculos, eos in disciplina retineat, & lasciviam coerceat: ita præceptori, qui parentum vicarius est, & eorum partes sustinet, in institutione discipulorum iisdem mediis utendum est; quare nec virgæ, nec aliæ oportunæ animadversiones, ex scholis tolli aut debent aut possunt. Est enim metus pœnarum velut ἐργοδιώκτης & custos officii ac diligentiæ discipulorū, sine quo, maximè in hac delira mundi senecta, cum mores juventutis ad nimiam ignaviam & contumaciam incubuerunt, florens illa ætas in officio retineri non potest. Sed in omnibus modus servandus est, & ira removenda, cum qua nihil rectè fieri, nihil considerate potest.

Virgæ, oportunæ castigationes ex Scholis tolli non possunt.

2. *Membrum de exercitiis scribendis.*

Sed jam ad id, unde digressus sum, revertar. Primum scribendi exercitationis genus est, puero illa, quæ in Cicerone observanda esse audivit, temporibus, personis, locis, rebus etiam nonnihil commutatis, Germanicè reddita proponere, quæ ad imitationē Ciceronis in Latinū sermonē convertant.

Ratio emendandi scripta.

Ratio autem emendandi scripta omnium optima & simplicissima est, non præceptoris arbitrio, sed ipsius Ciceronis judicio, pueri compositionem emendare, illiusque epistolam vel locum, ex quo scribendi Argumentū desumptum est, velut exemplar & speculum, in quo videat, quid suo labori desit, ei proponere. Nihil autem perniciosius studiis Linguæ Latinæ accidere potest, quàm quod pueri, neglecta omni imitatione, à suis magistris magis quàm à Cicerone ipso, & similibus

autoribus

autoribus bonis, Latinitatem discere coguntur. Accedit eo, quòd illa sæpè præceptores pueris vertenda præscribunt, quorum vel appellationes vel loquendi modos nunquam antea audiverunt; imo quæ ipsi pædagogi, quo modo rectè & propriè reddenda sint, ignorant. Quare antè omnia cavebit Præceptor, ne puerum vel scribere, vel loqui permittat, nisi istis modis & rationibus, quas non à se, sed ab optimis Autoribus didicerit. Quod si tale Argumentum propositum est, cujus exemplum integrum in Autore non extat, ut nec semper extare potest, emendator illud ipsum Argumentum quod discipuli tractarunt, propriis verbis & phrasibus præclarè retextum & elaboratum illis proponat, in quo sicut & in Cicerone cernant, quid suo scripto desit, & quantum ab illa forma discrepet.

Deinde, ubi aliquandiù in hoc exercitio versati sunt, & in eo aliquid profecerunt, ad majora deducendi sunt, & curandum, ut Ciceronis scripta faciliora, & præcipuè Epistolas ad verbum à Præceptore Germanico sermone redditas, non inspecto exemplari, suo Marte Latinè vertant, quæ ad eundem, quem dixi, modum emendandæ sunt. Quod si assiduè fit, non dubium est, quin facilè pueri ad purè & eleganter scribendum assuefiant. Vt enim, cum in sole ambulamus, etiamsi ab aliam causam ambulemus, tamen coloramur: Sic fieri non potest, quin cum hoc modo puer exercetur, ejus oratio assiduo illo usu & consuetudine coloretur, & puritatem ac suavitatem quandam Ciceronianam redoleat. *Secundum exercitii genus.*

Tertium exercitii genus est, orationem Latinã aliis verbis Latinis, & Ciceroni usitatis, exprimere. Verum id exercitium non ad hos pueros, sed ad perfectiores, & eos magis, qui characterem orationis effingere, quam qui Latine tantum loqui & scribere discunt, proprie pertinet.

Exercitiũ Latine loquendi qua ratione colendum sit.

Vt autem hæc scribenda exercitia diligenter & fideliter colenda sunt: sic & Latine loquendi exercitatio, de qua paulo ante dixi, nequaquam negligi debet. Quod quo rectius fieri possit, custodes, seu coricæi constituendi sunt, qui & juniores Teutonice loquentes, & grandiores vel Germanismis vel Solœcismis, vel denique Barbarismis utentes, annotent, & ad magistrum deferat, à quo justa pœna afficiantur. Vtrumque enim exercitium Latine scribendi & loquendi, in Latinis scholis vigere debet, nec alterum ab altero separari potest. Nã ut prudentis & industrii informatoris est, illa quæ singulari studio, observanda, exercenda, & imitanda sunt, puero indicare & proponere: sic is eadem, non solum scriptione, sed etiam locutione, imitabitur.

3
Membrum de studio Græcæ linguæ. Cur pauci mediocrem Græcæ linguæ notitiã consequantur.

Dixi de ratione servanda in instituendis pueris in lingua Latina, usque ad annum ætatis undecimum, aut duodecimum; restat nunc, ut de ratione tradendæ & discendæ linguæ Grecæ, breviter differam.

Quod pauci nostrum mediocrem aliquam Græcæ linguæ cognitionem consequuntur, vel quod studium ejus nobis perdifficile videtur, nulla alia causa

causa est quàm quòd aut seriùs hoc studium suscipimus; aut si suscipimus, frigidè in eo versamur, nec eo ordine & modo, quo decet, in eo progredimur. Vt autem in omnibus aliis rebus rectè, tempestive & feliciter perficiendis; sic & in discendis literis Græcis, ordo conveniens omnino necessarius est.

Quare ubi ab anno ætatis sexto vel septimo, usque ad annum undecimū in Latina lingua, ea, qua dixi, ratione pueri exercitati sunt (his enim sex annis, nisi planè tardi & indociles sunt, linguam Romanam utcunque discere possunt) Græca vocabula ex Evangeliis, ut vocant, Dominicalibus, ipsis proponantur, quorum quotidiè aliquot ediscant, recitent, & octavo quoque die illa, quæ præterita hebdomade didicerunt, ab initio repetant. Vt enim liberalia ingenia facillimè res bonas arripiunt & addiscunt; sic eadem ipsis facile excidunt, si non diligenti & assidua repetitione inculcentur. His paradigmata Declinationum & Conjugationū Græcarum addantur, in quibus certis diebus exercendi sunt. *Vocabula Græca.*

In hoc studio cum annum consumpserunt, Evangelia Græca, non inspecta versione Latina interpretari jubebuntur. Et quia hujus classis auditoribus nunc Grammatica Græca integrè proponitur, nō solum in Nominum ac verborum inflexionibus, sed etiam in temporis verborum Activæ, Passivæ & Mediæ vocis formandis, ac regulis Græca Syntaxeos præcipuis & maximè necessariis cum uno & altero exemplo ediscendis, operam ponent. *Evangelia Græca.* *Formandi tempora verborum Græca.* *Syntaxis.*

Grammatica Græca diligenter discenda. Diligenter autem & accuratè, ut dixi, hisce pueris Grammatica Græca ediscenda est, quam qui tenet, sciat se maximam partem molestiæ, quæ in discenda hac lingua suscipienda & perferenda est devorasse.

qui autores his discipulis proponendi sunt Proponi autem quatuordecim, quindecim vel sexdecim annorum adolescentulis debent Socratis oratio ad Demonicum & Nicoclem, & illa, quæ Nicocles inscribitur; Plutarchi Pædagogia, faciliores & lepidiores Dialogi Luciani, & Fabulæ Æsopi: ex quibus præter verborum copiam, Phrases & variarum rerum appellationes, magnā sapientiæ partem de gubernandis consiliis, actionibus & moribus, sine ullo tædio tenera ætas discere potest. Et quia varietas delectat, ac voluptatem parit, Græca Poemata, cujusmodi sunt Aurea Carmina Pythagoræ, Phocyllides, & postea Hesiodus, ac quidam libri Homeri, lectioni oratorum admiscendi erunt.

3 *Ambrum, de exercitis Græcis* His auditoribus, singulis septimanis breve argumentum Latinum proponendum est, quod ad imitationem Isocratis, Demosthenis, & similium Autorum, in Græcum sermonem convertant. Nam ut in Latina lingua optimos quosque Autores & legimus & imitamur: Sic & in Græca idem facere, & nostram orationem ad Græcorum Autorum sermonem effingere debemus. Nec imitandi sunt, qui ex Dictionario, vel Synonymis Græcis, Epistolas Græcas, aut versus consarcinare solent.

Debet

Debet etiam hisce, de quibus dixi, discipulis liber aliquis Epistolarum Ciceronis, qui facilior & elegantior videbitur, proponi, quem ordine Græcè vertant, & Præceptori certis horis exhibeant. Hoc enim si fecerint, eadē opera puritatem Latini sermonis & Græcam linguam addiscent.

Emendandi autem hæc scripta via expeditissima est; primum vitia, si quæ sunt, comiter indicare, & vel ipsum Autorem, ex quo argumentum scribendi depromptum est, vel præceptoris elaboratam versionem, quā cum sua conferant, ipsis ob oculos ponere. Ad hoc utile exercitium, & illud accedere debet, ut certis quibusdam horis nihil aliud ipsis loqui liceat, nisi Græcè. Ut enim in lingua Latina, sic & in Græca illa, quæ puer audivit, non solum scribendo, sed etiam loquendo ad usum transferre docet. *Ratio emendandi Græca scripta.* *Loquantur Græce.*

Neque est quod quisquam vereatur, ne pueri difficultate quadam aut obscuritate, à studio hujus linguæ deterreantur. Nam ut ipsi natura peregrinarum linguarum amantes sunt, easque facilè addiscunt: sic nulla alia lingua jucundior est, nec suaviore sono auribus illabitur, quàm Græca. Quare ut requies suave condimentum laboris est, ut Græcum dictum, ἡ ἀνάπαυσις τῶν πόνων ἄρτυμα ἐστι, monet: Ita Græcarum literarum studium reliquis discendi laboribus non modo tædium nullum adfert, sed eos etiam jucundiores reddit, & quadam oblectatione ac voluptate tanquam sale perspergit. *Occupatio.* *Græcæ linguæ suavitas.*

Quod

Alia occupatio.

Quod autem de Græcæ linguæ studio ejusque exercitiis, hactenus dixi, non ita intelligendum est, quasi interea Latinæ lectiones prorsus omittendæ, aut deponendæ, vel etiam Musica, Arithmetica, & initia Dialectices & Rhetorices, his grandioribus non unà tradenda sint. Debet enim simul ac Latinæ linguæ fundamentum jactum est, utriusque linguæ Latinæ & Græcæ, studium simul in scholis florere & dominari. Maxime cum hæc linguarum inter se collatio tantas habeat opportunitates, ut utramque hoc modo & citius & facilius simul, quã alteram separatim pueri discere possint. Vt enim Latina Lingua sine Græca non intelligitur, sic ne Græca sine Latina explicari & tradi potest. Cæteræ etiam artes quarum modo mentio facta est, cũ recreationis, tum utilitatis & necessitatis causa, simul cæteris Latine & Græce discendi laboribus admiscendæ sunt.

Linguæ Latinæ & Græcæ studium debet in scholis florere.

De exercitiis illorũ, qui ætate & doctrina provectiores sunt.

Debent autem illi, qui ætate & eruditione provectiores sunt, illustres autorum locos, insignes narrationes & historias, ex Græca lingua in Latinam, & ex Latina in Græcam vertere.

Regula in versione observanda.

Sed meminerint studiosi, in convertendis è Græca lingua in Latinam, & contra, scriptis, non semper verbum ex verbo experimendum esse, sed dandam esse operam, ut si quid abhorreat à consuetudine & more ejus sermonis, in quem aliquid convertetur, id omittatur omnino. Quod à se observatum in convertendis orationibus adversariis Æschinis & Demosthenis Cicero affirmat. Sic enim in libro de optimo genere oratorum scribit:

Quo-

Quorum ego orationes, ut spero, ita expressero, virtutibus utens illorum omnibus, id est, sententiis, & earum figuris, & rerum ordine verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant à more nostro. Est igitur Ciceronis de verbis convertendis sententia, ea persequēda esse duntaxat, quæ à more illorum, in quorum linguam usumque convertentur, non abhorrebunt.

Repetit in regula.

Vt autem studiosi Græcarum literarum optimū exemplar habeant, quod in convertendis conjungendisque Græcis cum Latinis imitentur, cum alios ex Apologia, Phædone, Phædro, Libris de legibus & de Repub. Platonis, locos, à Cicerone Latine redditos, tum librum Ciceronis de Vniversitate, cum ea parte Timæi Platonis, cui respondet, diligenter, & attente inter se conjungent, conferent, & cum primum aliquid scire Græce cœperint, ad imitandum sedulo sibi proponent; quod si fecerint, non modo elegans dicendi genus, quod apud Ciceronem perpetuum est, discent, sibique comparabunt: sed etiam Græca facilius intelligent, & disertius explicabunt.

Quod exemplum in conspectu habendum & imitandum sit.

Sed fortè objiciet aliquis, & esse & fuisse nonnullos, qui sero admodum, cum quidē ætate provecti essent primum literas discere cœperint, & tamen illos in utraque lingua præclaros progressus fecisse. Fateor esse ingenia quædam eximia atque illustria, quæ celeriter, quod docetur, arripiant, & brevi tempore multum proficiant. Sed hoc adjungo, ut horum exempla confirmant dicta, τῷ ἔρωτι πάντα ἀνύσιμα. Amori omnia pervia sunt: item,

Objectio, & ejus refutatio.

item, διὰ καρτερίας καὶ φιλοπονίας οὐδὲν τῶν ὄντων ἀγαθῶν ἀνάλωτον πέφυκε. Tolerantia & industria nihil in rerum natura bonorum est, quin acquiratur : item, Labor omnia vincit improbus. Sic nemo illis exemplis ad excusandam ignaviam suam, & negligendam discendi occasionem, abuti debet. Non enim cuivis contingit adire Corinthum. Ac quemadmodum heroica facta sunt supra regulam, & mediocres homines intra metas regulæ manere debent. ita nemo debet temere talia præstantium hominum, quibus per fortunam vel alias causas, citius literas attingere non licuit, exempla imitari, & occasionem, si quæ datur in pueritia discendi literas & linguas, negligere ; maximè cum ars sit longa, vita autem brevi, ut verissimè Hippocrates initio suorum Aphorismorum inquit.

Argumentum à natura sumptum. Quid ? quod natura ipsa sic hominis vitam dispertivit, ut prima ætas linguæ, media eloquentiæ, postrema usui & communi utilitati tribueretur ; quam si tanquam ducem sapientissimum sequemur, puer ab incunabulis, usque ad annum decimum quartum aut decimum sextum, linguis & politioribus literis informandus erit. Ita poterit postea ea studia suscipere & tractare, quæ ipsi emolumentum & honorem, Ecclesiæ vero & Reipublicæ utilitatem immensam pariant. Sed dolendum est, hunc ordinem à natura præscriptum, & omnium sanorum hominum judicio approbatum, multis modis turbari. Nam vel præceptores sive ignorantia, sive ignavia, sæpe justum instituendi ordinem non servant, vel adolescentes sine pennis, ut in proverbio est, volare volunt, & neglectis linguis ac humanioribus

ribus disciplinis, ad superiores artes, Theolog. Jurisprudentiam, vel artem Medicam se conferunt: vel præpostero ordine incedentes, in Linguarum studiis, sine suo & aliorum hominum fructu consenescunt. Quod ne fiat, magistri periti & ad docendum idonei, liberalibus stipendiis conducendi, & Scholis præficiendi sunt; ex quibus, qui puro ornatoque sermone, superiora studia illustrare, exornare & propagare possint, emittantur; quod, ut ego quidem arbitror, rectè & commodè fieri poterit, si implorato Dei auxilio, sine quo irrita est omnis humana industria, ordo, qui utcunque à me hac brevi oratione delineatus est, in docendo & discendo servabitur. Hæc habui, quæ de lingua Latina & Græca discenda & docenda, hoc tempore dicere, quæ etsi non omnibus placebunt, ut nec placere debent, vel possunt, (quis enim omnibus satisfacere potest?) tamen viris doctis, & usu peritis, ac judicio certo rem ponderantibus omni[illegible]

Incommoda ex mala institutione provenientia qua ratione vitari possunt.